

Iani Pannonij

QVINQVE ECCLESIENSIS
Episcopi, antiquis uatibus compa-
randi, Opera, multo nunc demum
quàm unquam antea & auctiora
& emendatiora, in lu-
cem edita,

QVORVM CATALOGVM PRO-
xima pagella indicabit.

BASILEAE, PER IO-
annem Oporinum.

2006

OPERVM IANI PANNONII Catalogus.

- Ad Guarinum Veronensem Panegyricus.
- Ad Ia. Antonium Marcellum Venerū Panegyricus.
- Ad Fridericum III. Imp. pro pacanda Italia, carmen.
- Diomedis & Glauci congressus, ex Homero VI. Iliad. Latino carmine redditus.
- Elegiarum liber unus.
- Epigrammata.
- Baptistæ Guarini, Guarini F. ad Ianum Pannonium Elegiæ duæ.

Matthias Corvinus Rex Hungariae
 Romano inuictos & uiri robore Parthos,
 Parthica namq; gemmis semina turris hinc
 Romano intacta est, mihi gens & uicta, Scytharum
 finibus passa est, nunc torua suis.
 Bis triuina in signis: pulsus
 bis sum, non uictus: Castra uictoribus.
 Sarmata pro hinc est; terror regionibus, armis
 Germani dicitur dura timere meis.
 Plurima pro patria, Caesar, pro sic omnia sumptis.
 Vnaq; pro me, ego nil; omnia pro patria.
 Non mihi est Hungaria regnum: donamq; at orbis,
 Quam sic defendo, castra nulla mea est.
 Julius Caesar scripsit.

HILARII CANTIVN-
 CVLAE AD VVOLFANGVM
 à Saurau, cognatum cariss. in
 restitutionem Iani
 Pannonij,

ELEGIA.



Accipe diuinū dulcis cognate
 Poetam:
 Accipe Pannonium, frater
 amate, meum.
 Cuius Apollineo multas in
 carmine gemmas,

Ingenij laudas dexteritate tui.
 Cuius & ipse doles calamos, facilesq; Camoenas
 Immodico pressas conticuisse situ:
 Dum solum spectantur opes, et tempora Musis
 Attribui, uera Pallade, nulla solent.
 Donec & inuisa spernuntur ab omnibus artes,
 Vnaq; diuitias cura parare subit.
 Quod Vates magni quondam clarissimus Istrè
 Expertus, tenebris penè sepultus erat:
 Vix studijs olim, consummatoq; labori,
 Tempora post obitum nactus amica, suo.
 Siue magis diuū non hæc inimica uoluntas,

4 HILARII CANTIVNC.

Seu fuit id sortis conditione datum.
Scilicet ut posset studio maiore poeta
Posteritate legi, posteritate coli.
Attamen interitu sic iam fuit ille propinquus,
Nescio quo pacto, sic propè nullus erat.
Rursus ut in lucem uix nunc emergerit isto,
Quo tandem licuit uincere fata, libro:
Multa licet penitus uel iners confecerit etas,
Vel mala sustulerit turba, malusq; fauor.
Liuor enim summos perstringens tempore longo,
Occuluit tanti nobile uatis opus.
Nec minus amissum multi doluere: quid autem
Mens etiam nulli restituisse fuit?
Non ita commissum serpens Atlanticus aurum,
Non ita magnificas seruat auarus opes:
Ut oculis nostri plerunq; poemata condunt,
Nomina cum paruo saepe labore petunt.
Cur ego laudarim tales, optemq; fouere,
Solut inhumana quæ ratione legam?
Quid mihi furtiua liuor concludis in arca
Dulcia Peonij carmina uatis opus?
Vis mea consimili suffundere pectora fuco,
Ut doleam, si cui uena disertata fuit?
Ne celebri fama, longoq; fruatur honore,
Qui sacris nomen cœpit habere modis?
Ut patiar mecum castas uilescere Musas,
Impediamq; tuum crescere Phœbe decus?

Quin

ELEGIA.

5

Quin potius dignæ magno referantur ab Istro,
Atque mihi grates Pannonia fortis agat.
Ac aliquod nobis meritum, laudemq; relinquat,
Ingenij summi carmina quisquis amat. X
Omnibus exemplar, uicturi nomine uatis,
Proponam studio candidiore meum.
Cum quibus hoc saltem fieri commune laboro,
Quod prius à multis saepe rogatus eram.
Sæpe rogatus eram, quicquid factura uoluntas
Nostra fuit, Clario sponte parata choro:
Ut semel, in lucem per me reuocata, maneret,
Perpetuò constans hæc monimenta decus.
Posteritas per me uatem cognosceret, ipsi
Digna reluceret gloria, dignus honos.
Sed malus ordo diu, laceraq; incommoda charta,
Iusta reseruati causa fuere libri.
Quæ penitus tandem, studioq; refecimus omni,
Per seriem titulos contulimusq; bonam.
Delituere simul, quæ sparsa prioribus, acri
Inuenies cura reddita multa, locis:
Et uacuum mendis totum prodire poetam,
Penè nouum, ueteri deficiente situ.
Quem Vuolfgangi tibi, cum nomina nostra legentur,
Vnanimis gratum pignus amoris habe.
Hanc operamq; boni studiorum suscipe causa,
Magna tibi quorum gratia saepe fuit.
Et quamuis aliena feram, tamen illa benigno

A B Peato-

6 IANI PANNONII
Pectore si capias, non leue munus erunt.
Forsan & è nostris aliquid uulgare Camœnis,
Quodq; probes uena liberiore, dabo.
Cum mihi maiores fuerint in carmine uires,
Atque Medusæ plenior artis ero.
Nunc peregrina suo non auersabere fratri,
Publica sed nuper facta, dicare tibi.
Sic etiam Phœbo, cuius modò sacra frequentas,
Carmina nulla canas inferiora tuo.

Patauij, Anno ab accepta salute,
M D L I I. Pr. Id. Octobr.

IOANNIS EPISCO-
PI QVINQ. ECCLESIA RVM, PA-
NEGYRICVS, PRAECEPTORI
Guarino Veronensi.

P R A E F A T I O.



H Y L L I R I D A E monitis cum
profecisset Achilles,
Edoctus pariter gramina, tela,
chelimi:
Non Labyrinthæos relegentē The-
sea flexus,
Antè, nec Alcida monstra perempta manu,
Nec seuum Oebalio prostratum Bebrycæ castu,
Nec

P A N E G Y R I C V S.

Nec matris fertur concinuisse thoros:
Semiferi laudes quàm præluisse magistri:
Illa fuit tenera prima Camœna lyra. *Li. P. in Id.*
Vix dum fila leui tentarat tinnula plectro,
Aspiceres placidas accelerare feras.
Iuncti gryphes equis, lepores uenere molossis: *Nomen Can*
Contulit accipitri blanda columba latus.
Non tigrim ceruus tremuit, non dama leonem:
Sedit & hirsutis agna propinqua lupis.
Mobilis Oetao de uertice sylua cucurrit, *Oeta fuit Gangis*
Nuper ad Herculeos sylua recisa rogos. *Thesalia in Mac*
Nudus Athos mutila Lemnon non attigit umbra: *unf. ab. l. f.*
Repsit ad auditos Pindus, & Ossa, modos. *Præb. Hæc*
Constitit Eurotas, & non nebulosus Anaurus:
Pœneum supra nec Titaresus ijt.
Carmen erat pueri, cythara quantum ille ualeret,
Quàm benè Peonia pelleret arte malum:
Nosset ut iratos dictis lenire bimbres,
Impia tranquilla prælia pace domans.
Te non Ixion fallaci nube creauit,
Saturnus fratrem sed dedit ipse Ioui.
Non coniuiali, tibi frangere pocula, rixa,
Nubenteis studium nec uiolare nurus.
Tu Phœbi nutris sobolem: tu sedulus hospes
Accipis æternos curua sub antra deos.
Pro quibus alta manet meriti te regia coeli,
Contrahit & caudam Scorpius ecce tibi.

§ IANI PANNONII

Hec pius Aeacides: mihi pro Chirone Guarimus.

Hunc sibi praescribet pagina nostra ducem.

Imbuat ille meae fas est exordia Musae,

Picrium uati qui reserauit iter.

PANEGYRICVS.

R Vstica si pietas consuevit rite quotannis
Flauentes Cereri spicas, noua musta Lyæo,
Arbuta Pomonæ, baccas offerre Mineruæ,
Veris opes Floræ, cuiuis sua munera diuûm:
Iure Guarine tibi nos carmina nostra dicamus,
Fontibus hausta tuis: mea nec lyra dignius ullum
Antè sonet, quàm quo didicit crepitare magistro.
Verum ego si totum docili simul ore bibissem,
Quicquid tu inuidia nil subducente fluebas:
Tantarum haud possem fastigia tangere laudum.
Nunc cum parua tuæ nobis sit portio uenæ,
Quid plus proficiam: nisi quod fortasse uidebor
Susceptorum abs te non immemor esse bonorum.
Quanquam non aliàs similem sperare fauorem
Thespiadum nobis liceat: nec iustius illæ
Affuerint ulli, quàm te Guarine canemi.
Sed de Parnasi cur nunc ego uertice Musas
Sollicitem? coeptis tantum ipse audacibus adsis:
Aspirasse simul Bromium, & Peana putabo.
Nam te haud exiguum gestare in pectore numen,

Certe

PANEGYRICVS.

9

Certa fides, quòd si diuinæ uatibus haustum

Mentis, & insanis prisca tribuere Sibyllis:

He uentura uident, illi quòd carmina pangunt:

Quid de te censere licet? qui totius æui

Acta animo comprehensa tenes: nec cudere solum

Ipsè potes numeros, magni sed Apollinis instar

Hoc alijs præbes, & tot facis esse Poetas?

Dos tamen ista tibi facili non indita casu,

Sed per difficileis accessit parta labores.

Hesiodum gelidæ pascentem in uallibus Ascræ,

Obuia nescio quæ dominarum turba, disertum

Effecit properè, cum porrexisset edendam

Laurum, & Castalio potum de fonte dedisset.

Ennius in uiridi carpens Helicone soporem,

Vidit Mæoniam subito uitalibus umbram

Irrepssisse suis: ac pulsa nocte resurgens

Dictare annales, & condere prælia cœpit.

Te nec somnus iners, pecudum nec pabula frondes,

Sed propria eruditæ sollerti industria cura.

Vix tua reddebat gracileis infantia uoces,

Cum tibi non uano paribus contendere lusu

Tantus amor: quantus tabula, charta uè notatos

Balbutire apices, & lætæ ostendere matri

Discreta inter se uarijs elementa figuris.

Iam tum gaudebas digitis in puluere ductas

Pingere litterulas: & passim fortè iacenteis,

Nondum intellectos, tamen attrèctare libellos.

A s Fæmi-

Fœmineo quondam celatum syrmate Achillem,
 Callidus Acolides lituo deprendit, & armis:
 Te si uirgineo genitrix uelasset amictu,
 Oblato actutum potuisses codice nosci.
 Post ubi creuerunt sensus crescentibus annis,
 Non medicina tibi, scitu pulcherrima quanquam,
 Actu foeda tamen: Logica aut placere proterua
 Iurgia, inexplicitos frustra neclentia gryphos:
 Nec uerbosarum discors concordia legum.
 Rhetoras, & uateis, studio complecteris omni:
 Quos si quis nouit, nil ignorare probatur.
 Inde carens uitio sermonis regula surgit:
 Inde fluit cultæ dulcis facundia lingua:
 Hinc dissertandi subtile paratur acumen:
 Hinc rerum scitur series, & forma locorum.
 Nec minus ingenuæ discuntur quattuor artes,
 Quæ numeros, uoces, mensuras, sidera tractant.
 Adde tot humane præcepta salubria uitæ,
 Dogmate multifido pugnantibus edita sectis:
 Iunge etiam semper patientis, semper agentis
 Materie fluxus, & fata regentia mundum.
 Inuenies illic (memorem ne singula) quicquid
 Tradidit Aegypto Babylon, Aegyptus Athenis:
 Quid Superi, et manes, quid agant post corpora mentem
 Quis Deus, unde ingens causarum pædeat ordo. (tes:
 Ergo nil illis ornatu pulchrius unquam,
 Nil usu melius, donarunt numina terris.

Hos

Hos tu præcipuos auctorum ex agmine tanto
 Deligis: & nunquam sæcunda uolumina cessas
 Nocturna uersare manu, uersare diurna.
 Ac quæuis, mixtus rauca inter pulpita ephœbis,
 Mox præceptorum non tantum dicta tuorum
 Percipis, & retines: meliora sed ipse potenti
 Ingenio profers: ac te iam consulit omnis
 Turba, & discipulus doctori incognita monstras.
 Multa tamen suberant libris obscura uetustis,
 Præsertim externam nostræ admiscencia linguam:
 Quæ cupidam certum penitus pernoscere uerum
 Mentem obturbabant, & desperare iubebant.
 Cum tuus ambiguum sic te est affatus Apollo:
 Parce tuo iuuenis numium diffidere uoto,
 Præmia nec pigeat parituri magna laboris.
 Nil non posse tibi pater annuit, omnia disces:
 Omnia tu ueterum monumenta docebis auorum.
 Sed non in patria dabitur Rhomane quod optas:
 Longinqua emenso lustranda est Græcia ponto,
 Ut tibi succedat perfecta scientia rerum.
 Multi hanc extremum uestigauere per orbem.
 Sic Plato Memphitas, Samius sic quæsiit exul
 Aßyrios: sic quos uocitant Brachmanas, adiuit
 Multiuagus Tyaneus, Indi mirator Iarchæ.
 Tu nunquam per quæ reptasti tecta relinques?
 An ne est turpe tibi (quod foedum Varro negauit,
 Quod Cato) iam gradem puerilis prima Mineruæ
 Orse

Orsa sequi, & ueteris notulas agnoscere Cadmi?
 Vel te forte mouet solitus ridere loquaces
 Inachidas Marius? qui plus cum Marte Lyæum,
 Quàm me cum Musis coluit. prudentior illo
 Arpinas alius, cui copia uocis Achiue
 Præstitit eloquio cunctos superare Quiriteis.
 Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
 Musa loqui. Ausonijs quicquid spectabile chartis,
 Actæi sudere senes, & origine prisca
 Vester ab Aeolijs descendit sermo Pelasgis.
 Nec modò Romanas aliud magis obruit artes,
 Quàm quod Cecropidū studia intermissa Latinis.
 Quare age tu saltem Danaas post longa Camœnas
 Secula redde tuis: tantæ primordia laudis
 Præripe: nec dubita præclarum exemplar haberi,
 Quod mox multorum uirtus accensa sequatur.
 Neue iter ignotum, medium neu terreat æquor:
 Saluum ego te ducam, saluumq; Guarine reducam,
 Veronæ ad muros: & fama nominis alti
 Oceanum tranare dabo, contingere cœlum.
 His motus stimulis, uento caput, & maris undæ
 Credis, & Hadriacos Veneta legis arbore fluctus.
 Leuâ monticulæ Marni liquuntur, & Histri,
 Nec non Illyrijs passim gens mixta Liburni:
 Tum plaga Dalmatiæ, tum Pyrrhi nobile regnum.
 His aduersa iacens tellus Oenotria, dextrâ.
 Porro inter Pelopis terras, & littora uectus

Sicania:

Sicania: Dictæa Iouis cunabula uisis.
 Nec petis oppositas, sine re modò nomen, Athenas:
 Plena sed Aegeo committens uela patenti,
 Transis dispositas in magnum Cycladas orbem:
 Ac Sporadum nullo sparsas fugis ordine cautes.
 Mox hinc Lemnon, at hinc abscondis Lesbō: et alta
 Prospicis Iliacas Tenedi de rupe ruinas.
 Excipit arctatum terris propioribus æquor,
 Quâ nitido effusam fleuit uectore sororem
 Phryxus, & infœlix fleuit Leandria uirgo
 Funera: quâ iunctam uix credens Seston Abydo,
 Cantat adhuc Mædos nautarum fabula pontes,
 Fusior inde tua sulcatur naue Propontis,
 Donec in Odrysijs cecidit grauis ancora portus:
 Aemula Romuleis tollens ubi mœnia muris,
 Thracius Euxinas angustat Bosphorus undas.
 Vir fuit hic patrio Chrysoloras nomine dictus,
 Candida Mercurio quem Calliopea creatat:
 Nutrierat Pallas: nec solis ille parentum
 Clarus erat studijs, sed rerum protinus omnem
 Naturam magna complexus mente tenebat.
 Postmodo sacrilegæ rabies quem perfida gentis,
 Errori quòd se socium pius ipse negabat,
 Sedibus eiectum Latio transmisit auitis:
 Sancta nec ossa uiri tumulis iacuere suorum,
 Sed procul Arctoo rigat hæc Constantia Rheno.
 Hunc petis, & miris tot pulchra ornatibus unum

Queris

2006
IANI PANNONII

*Queris in urbe uirum. neu tantum uerba docentis
 Aduena captares, sed proximus intima uita
 Arbiter inspiceres, famulus colis atria docti
 Hospitis, & mixto geris auditore ministrum.
 Tam citò non rapuit Neoclydes Persida uocem,
 Barbara dum uicti sedet ad prætoria Regis:
 Quàm citò tu sectam quimo discrimine linguam
 Hausisti Crasso longè distinctius ipso.
 Nec quisquam Hesperijs natum dixisset in oris,
 Cum tua Mopsopiam sonuissent ora loquelam:
 Quod planè assiduus fandi tibi contulit usus,
 Ac declamatum toties, nec more sinistro
 Pythagoræa annis seruata silentia quinis.
 Scire loqui haud satis est: penitus sed nosse laboras
 Historici quicquid, quicquid scripsere Sophistæ,
 Quicquid diuini tegit alma poesis Homeri.
 Inde alias, post inde alias transcendis ad artes:
 Singula degustans, quæ uel rigidissima firmat
 Porticus, incertis uel contrà sensibus edit
 Helleboro tardam purgata Academia bilem,
 Vel si quid medius Spaciantum interserit ordo,
 Quiuè indiuiduis è partibus omnia fingunt.
 Nec secus ac flauī stipatrix Dædala mellis
 Florentem primis subijt cum roribus hortum,
 Omnia odorati populatur germina ueris,
 Nunc casiam, nunc illa thymū, nūc lene papauer
 Delibans, nunc fila croci redolentia paruo*

Crure

PANEGYRICVS.

*Crure legens, donec sero iam uespere notas
 Pulsat onusta fores, & cerea tecta reuisit:
 Sic Chrysoloræi cupidè tu pectoris omneis
 Carpis diuitias, & corde recondis in imo
 Sedulus, ac nullam consumis inaniter horam,
 Obsequijs uacans domini, monitis uè magistri.
 Si quid ab his reliqui superest tibi tēporis unquam,
 Vel scribis, uel scripta legis, uel lecta reponis:
 Multa ferens, multa & faciens, sudoris & algi
 Nāquam expers, uini ac Veneris sed iugiter expers:
 Nec magis indulgens somno, quàm peruigil Argus,
 Aut Colchus, Libycusue anguis, uel inhospita Gor
 Nam cū te ardenti tandē indormire lucernæ
 Impulerat totis urgens sopor inuidus alis,
 Tu fessos acri stimulabas uulnere sensus,
 Eduros teneris immergens artubus ungues:
 Tantus amor ueri, tantæ sapientia curæ.
 Maeste animi, qui tam procul à natalibus aruis,
 Instabili quantum Symplegade Syrmio, quantum
 Pangæis alpes, Athesis deducitur Hebro,
 Talia querendis persudas ocia Musis.*

*Quæ satis æqua tuo reddam præconia factis?
 Quem uè unquam simili flagrasse cupidine dicam
 Aonidum? cæco latuit malè tonsus in antro,
 Bellacem orando fregit qui penè Philippum.
 Tu te non propriæ subter penetralia cellæ
 Clausisti, sed tam longè studiosus abisti,*

Vnde

Vnde tuis de te nunquam uel fama rediret.

Induit Euclides muliebria tegmina membris:
 Dorica pro Latio tu sumpsti pallia cultu.
 Democritus contempsit opes, sed parte retenta:
 Tu nil seruasti. putei mercede Cleanthes
 Chryssippi secreta bibit: tu mille subisti
 Iussa cliens doctoris heri. dimisit auitos
 Fortis Anaxagoras late sterile scere fundos:
 Tu cor ut excoleres, sulcis tibi corpus arasti.
 Scilicet haud unquam leuiter preciosa parantur,
 Nec nisi difficili surgunt ingentia nisu.
 Nimirum illa rudeis mundo abstersura tenebras,
 Ornatura novos, illustratura uetustos,
 Per magnos cumulanda fuit doctrina labores.
 Nec te arumnarum pigeat Guarime tuarum,
 Sudasti haud frustra: suus haec incommoda fructus
 Obruit, & longè cedunt dispendia lucro.
 Hic licet Eoos currens ignotus ad Indos,
 Barrorum dentes, Arabumue reportet odores,
 Pexaue lanigeris fulgentia uellera syluis.
 Alter Hyperboreas timide rimatus arenas,
 Eruat innumero seruatos gryphe smaragdos,
 Aut Erythraea legat quos celat concha lapillos:
 Ille metalliferi scrutatus uiscera montis
 Palleat, & Stygijs quàm coelo admotior umbris
 Effodiat, curet quam protinus abdere massam:
 Non tamen has æquabit opes. haec gaza Sabaeas

Exuperat species, ebur, aurum, serica, gemmas.
 Quid quòd inutilius quidam haud leuiora tulerunt,
 Perseus & zephyrū pennis lustrauit, & austrum,
 Tolleret ut domiti precium Cepheida monstri.
 Occidui Alcides solis deuexa secutus,
 Fulua Phoroneos ut poma referret ad Argos.
 Trunca puppe audax Colchos ingressus Iason,
 Serpentum excubias, Taurorum incendia, pugnas
 Horruit Anguigenum. quæ tantis digna periclis
 Præmia? flauenti nempe illita lana metallo.
 Tu reuehis uictor, quod non modò uile nitenti
 Pellicula, & malis Libycis, & uirgine fusca,
 Non mutare uelim: sed pro quo cuncta recusem,
 Quæ Mida conuerit, quæ pollens diuite regno
 Lydorum aurifluis collegit Cræsus in undis.
 Altera profecto celebrarat Olympia lustro
 Elis, & Alpheus terræ per operta uolutus
 Visa recensabat Siculis solennia Nymphis,
 Cum te iam Graio plenum præcordia Phœbo
 Admotuit patriæ leuiter Deus aure prehensa.
 Ergo recedenti Byzantia Roma recedit:
 Nec minus aduersam condunt Chalcedona nubes.
 Mollis læua Asiæ, dextra de parte ferocis
 Vicina Europæ tellus fugit, & uice iusta
 Lata bis angusto succedunt cærulea Ponto.
 Vos ô Cyaneo uolitantes aëre uenti,
 Iusticiæ fratres, diuæ omniparentis alumni,

Admoueo illius tormenta tonantia muris,
 Sed tamen obsessos machina nulla mouet.
 Quid tibi nūc memorem, quam saepe è turribus altis
 Iactarunt crebras tela imitata niues?
 Quid ūe loquar, quoties ausi prorumpere noctu,
 Haud parua excubijs damna dedere meis?
 Non alios ualidi stridens aquilonis hiatus,
 Nec domat hyberno sidere triste gelu.
 Continuus donec labor, & penuria lymphæ
 Infregit tandem pectora dura uirum.
 Venerat alma dies, peperit qua Virgo salutem:
 Nuncius optatæ deditiois adest.
 Ergo agimus lati geminato gaudia festo,
 Ac festis nasci est altera uisa salus.
 His demum exactis patrias remeamus ad oras,
 Nec dabimus lentæ tempora longa moræ.
 Nam simul astrictas Zephyrus regelaucrit undas,
 Fuderit & molli gramina prima solo,
 Nostra uirens iterum tentoria campus habebit,
 Forsitan auxiliū cætera turba feret.
 Ut tamen ipse refers, nemo est sub tegmine cœli,
 Qui studeat nostris addere rebus opem.
 Gallia dormitat, nec curat Iberia CHRISTVM,
 Anglia gemili seditione ruit:
 Proxima conuenus Germania cogit inanes,
 Permutat merces Itala terra suas:
 Nec quenquam præter Venetos ea cura remordet,

Quos

Quos iungunt fatis foedera parta meis.
 Hos dudum audimus moliri nobile bellum,
 Horum iam multa Nerea classe tegi.
 Sed meus à reliquo longè status ordine differt:
 Nec uolo, nec possum, si piger esse uelim.
 Turcarum nostro nimium gens proxima regno,
 Securos nobis non sinit ire dies.
 Hanc ego perpetuis statui insectarier armis,
 Mollia proposito sint modò fata meo.
 Magnifici sic alta iubent exempla parentis,
 Sic sacer æternæ relligionis amor.
 Talis Romanum Pœnus iurarat in hostem,
 Talis in inuisos ultor Atrida Phrygas.
 Nec prius absistam coeptis, si uita supersit,
 Quàm pulsus Phryxi trans mare Turcus eat.
 Non etiam solos is perdere nititur Hunnos,
 Sed CHRISTVM immēso quisquis in orbe co-
 Præcipuè Hesperiam uotis petit omnibus unâ, (lit.
 Quam sua si mittat sub iuga, cuncta domet.
 Nam postquam Eoæ possedit mœnia Romæ,
 Occiduam pariter subdere fudit atrox.
 Hanc ferro, hanc rapidis inhiat subuertere flammis,
 Fecit ut ante Senon. fecit ut inde Getes.
 Quare age magnanimi consurgite queso Latini,
 Neue cadat uestro tempore auitus honos.
 Vidit ab occasu sol omnia, uidit ab ortu,
 Vestrorum quondam sub ditione patrum.

N 4

Nec

Nec tam ulli debent lapsa succurrere mundo,
 Quàm mundi imperium qui tenuere prius.
 Nonne pudet uestræ quòd mater Græcia lingua,
 Barbarico discit frendere uerba sono?
 Quòd uestræ ueneranda soror, seu filia, Romæ,
 Iam pridem serua est, quæ domina amè fuit?
 Si uos nulla mouet priscarum gloria rerum,
 Proximitas hostis iure mouere potest.
 Gallia si dormit, uel Iberia, nil ego miror:
 Neutra est instanti nempe propinqua malo.
 Me'ne adiuturos ausim sperare Britannos,
 Quos procul extremus submouet Oceanus?
 Ipsa autem nunquid fauit Germania nobis?
 Cum tameo (heu) regno iuncta sit illa meo.
 Vos & communis uicinia certa pericli,
 Mutuus & nobis conciliauit amor.
 Nec dubito Italiam præstare uel omnia solam
 Posse, ubi tot populos, tot liquet esse duces.
 Sunt illic acres Genuæ discordis alumni,
 Oppida sunt Thuscis libera multa plagis.
 Sunt Veneti, dominos gens æquatura Quirites,
 Vnde uolant toto rostra Liburna mari:
 Est illic, ueteris retinet qui frena Tarenti,
 Est magni Alfonsi regia progenies.
 Est pater ille pius, rerum cui summa potestas,
 Pontificum princeps, urbis & orbis apex.
 Est qui te placida Ferraria pace gubernat,

Est

Est qui te forti Mantua Marte regit.
 Multi præterea clari uirtute, sed omnes
 Supra Sforciades nobile nomen habet.
 Sunt & opes Latio, reliquum nec tanta per orbem
 Humanum fermè possidet omne genus.
 Quocirca unanimes trepidū properemus in hoste:
 Magna manent terra premia, magna polo.
 Vita polo, quæ nos seruet sine fine beatos:
 At terra, innumeris laus cumulata bonis.
 Nos patriæ tamen, & fidei non deerimus unquam,
 Seu magnam, exiguam seu tuleritis opem.

DE INVNDATIONE.

ELEG. VII.

TANTUS ab æsiduis quid uult sibi nubibus imber?
 Quid tempestatum copia tanta parat?
 Vnde tot humores nebulis, tot nubila cælo?
 Quando potens madidi tam fuit aura noti?
 Quis'ue unquam tantum uariæ bibit Iridis arcus?
 Pontus an arcana scandit in astra uia?
 Sæpe exhalatos ima de parte uapores,
 Smintheos igniferi sustulit acre iubar:
 Nec potuit tantum radijs consumere, quantum
 Traxerat, in tenues & soluit pluuias.
 Non tamen à leuibus manant tam grandia caufis,
 Nec de consuetis rara uenire solent.
 Iste poli furor est, ista est grauis ira deorum,
 Aëris & fluxus sidera summa iuuant.

N 5

Nunc

Nunc omnes Hyades, Hædi ambo, totus Orion
 Liquitur, & Delphin æquora multa uomit.
 Nunc pariter geminas inclinat funditus urnas,
 Hinc pater Eridanus, Troius inde puer.
 Aut certè suprema alii conuexa tegentes
 Aetheris, in terras præcipitantur, aquæ.
 Ingeminant densi ualido sic turbine nymbi,
 Sic agit abruptum machina laxa Iouem.
 Infœlix deflet non unum rusticus annum,
 Nam tritura simul cum satione perit.
 Squallentes nuda marcent in uite racemi,
 Putris & effuso diffluit uua mero.
 Deficiunt pecudes, & clausi milia uulgi
 Urbibus impletis obsidet atra fames.
 Dum queror, incubuit grauior metus: en uaga latè
 Excurrunt uictis flumina littoribus.
 Ac primum ualles, & plana iacencia complent,
 Mox etiam campis editiora premunt.
 Nec iam de totis nisi summa cacumina syluis
 Extant, & rapido gurgite pulsa tremunt.
 In tumulos fugere fera, fugere uolucres,
 Pellit & è tumulis has tamen unda sequax.
 Quadrupedum pisces subeunt loca, uoluitur ingens
 Pelamis in lustrò dente minantis apri.
 Collecta in spiræ nodos anguilla recumbit,
 Auritus iacuit quàm modò parte lepus.
 Vulpinam cancer foueam petit: oua natantum

Nunc

Nunc gerit, alituum qui tulit antè locus.
 Vidimus, innumeros hominũ noua fata pauentes
 Cum grege, cum stabulis corripit uda lues.
 Pagus erat, subitò palus est, & mersa profundo
 Querunt montiuagi culmina ruricolæ.
 Nec res ulla magis miseros spe perdit inani,
 Dum mala clementum non habitura putant:
 Hinc nimium celsæ fidenti margine ripæ
 Subsedid media subruta nocte domus.
 Transtulit ille lares sublimis in ardua cliui
 Cautus, & hoc, inquit, uertice tutus ero:
 Parua mora est, & parte omni surgentibus undis,
 Nec stet ubi, nec quò progrediatur, habet.
 Iam Sauus, & Marisus, iã Drauus, et ipse Tibiscus,
 Imer & arctos maximus Hister aquas,
 Terrarum quamuis longo discrimine distent,
 Confusis inter se coiere uadis.
 Noscere nec possis, ubi rus, ubi collis, ubi arbor,
 Omnia sic facies æquoris una tegit.
 Haud secus Aemathiam Penæi stagna tenebant,
 Vnus cum uertex Ossa & Olympus erat.
 Passa sub Ogygio est aliud nec Græcia regno,
 Inachia si quid credimus historia:
 Tale fuit Latium, tunc cum superantibus undis
 Ausoniam gemini condidit unda maris.
 Nimirum natura suas præpostera leges
 Vertit, & autumnus ueris ademit opes.

Verè

Vere tument amnes, & per montana uoluti
 Lubrica, terribili murmure, saxa rotant.
 Iam tepidum extremi cum soluant aera pisces,
 Cum Zephyro afflatæ dimaduere niues.
 At modò successit flauæ uindemia messi,
 Cœpit & equatum nox superare diem.
 Nunc etiam torrens Nilus redit, & pia Memphis
 Reddit lunato mystica sacra boui.
 Pannoniæ in fluiuos pluuialia toxica misit,
 Iam refugis Phœbi Scorpius ustus equis.
 Quanquam non solis illos reor imbribus auctos,
 Nec tantum guttas euoluisse leues.
 Sed penitus grauidas terræ patuisse cauernas,
 Cuspide percussas Ennosigæe tua:
 Quicquid & in uenis caua celat abyssus opertis
 Lympharum, ad superas emicuisse plagas.
 Hoc nobis, hoc nempe atri noua cauda Cometae,
 Est longa nuper uaticinata iuba.
 Qualis tunc Helice, cum Buran sorbuit æquor,
 Vicini casus nuncia signa dedit:
 Cum Thetis ignotas stupuit de marmore turres,
 Dormijt & medio phoca supina foro.
 Quid tamen ô superi, nos' ne hæc tantūmodo clades,
 Tot petit an populos, quos alit uber humus?
 An totum inuoluit strages simul unica mundum,
 Imus & illuxit gentibus iste dies?
 Si pereunt omnes, nec nos superesse rogamus,

Aequo

Aequo animo quiuis publica fata subit.
 Sin Hunni luimus communia crimina soli,
 Humanum nobis dulce piare genus.
 Sed partis non esse malum, docet ipsa mali uis,
 Tanta docet moles non nisi cuncta rapi.
 Nunc & lata natat fuso Germania Rheno,
 Sarmaticum Tanaim nec sua ripa capit.
 Proluit & Rhodanus Gallos, & Betis Hiberos,
 Nec Padus Hesperijs clauditur aggeribus.
 Acer & Argolicas supra furit Inachus urbes,
 Improbe nec parcis Thracibus Hebre tuis.
 Nunc Indi sub Gange iacent, sub Tigride Parthi,
 Sub Cydno Cilices, & sub Oronte Syri.
 Nec sic est unquam pontem indignatus Araxes,
 Nec sic Cappadocas turbidus hausit Alis.
 Maior in inuisum nec creuit Xanthus Achillem,
 Diffudit tantas ante nec Hermus opes.
 Sicca prius nimios incusans Africa soles,
 Mutata nimias nunc uice damnat aquas.
 Sæuit in hanc olidus Cynips, & Bagra da monstro
 Nobilis, & Triton casta Mimerua tuus.
 Flumina sed leuius pelago cessante nocerent,
 Eminent è totis insula nulla fretis.
 Non pomosa olim Corcyra, nec impia Lemnos,
 Non indeprenti conscia Creta Iouis:
 Non Sardo, aut Cyrne: nullo restincta profundo
 Flammaram eructat Sicilis Aethna globos.

Vasto

Vasto iterum Rhodos est, iterum sub gurgite Delos,
 Tristia nec ratibus nauita saxa timet.
 Non Libycis altè stantes in fluctibus aras,
 Non uestrum Syrtes magna, minor uè, uadum.
 Quin ipse Oceanus, rerum genitalis origo,
 Qui certa ambitam lege coërcet humum,
 Transiit per tot seruatos secula fines,
 Nec satis ora sibi quatuor esse putat,
 Per quæ se possit medijs immittere terris,
 Sed passim raptis ingruit obicibus.
 Non qualis refluxo Cymbros aut Samonas aestu
 Territat, ad motus menstrua luna tuos:
 Verum quantus erat, cum sidera celsa petentes
 Obruit impulsis montibus anguipedes.
 Ille et frondosos saltus iam mersit Eoæ
 Taprobanes, ipso cum grege dentifero.
 Mersit et aduersos tecum Iuerna Britannos,
 Nec fortunatis temperat à populis.
 Illius immensis iam fluctibus astrifer Atlas
 Tunditur, et collo non bene fulcit onus.
 Nec dubito coeptum fortuna urgente tenorem,
 Quin uiuum toto restet in orbe nihil:
 Sed quicquid tellus, quicquid leuis educat aer,
 Omne uagis fiat præda natatilibus.
 Vlo Carpathius potuit nec tempore uates
 Tam nitidum dominis adnumerare pecus.
 Ergo uetus ueterum uerax est dogma sophorum,
 Sæpe

Sæpe homines igni, sæpe perire salo.
 Deleri toties, toties deleta renasci,
 Omnia, Phœbææ scilicet instar auis.
 Quæ se morte parit, uitam cui funera reddunt,
 Natalem cineres, ultima principium.
 Nec certum quis scire potest, quotus iste senescat
 Mundus, adhuc quot erunt, quot uè fuere prius.
 In nunc uentose petitur cui gloria fama,
 Casurum nullo tempore nomen ama.
 Cum tibi siue toga partum, seu Marte cruento,
 Tangere non ualeat secla secunda decus.
 Nec uentura minus te nescitura sit ætas,
 Quam Phactontæas quæ fuit ante faces.
 Magne deum genitor, tantos qui fusus in artus,
 Vitali ingenuum flamine corpus atis:
 Qui propria humanas dignatus imagine memes,
 Nostra ad cognatos erigis ora polos:
 Nonne semel stabili mundum tu pace ligasti,
 Iam tum, pulchra rudi cum data forma Chao estis?
 Frigida ne calidis instarent, humida siccis,
 Sed par temperies conciliaret opus?
 Nunc adeo nil flamma et humus: uereamur ut omnes,
 Ne fiant unus cuncta elementa latex.
 Nonne semel firmo sanxisti foedere pactum,
 Diluuiio haud ultra perdere uelle tuos?
 Dum picturato signaret nubila tractu,
 Iunoni gratæ semita curua deæ?

Aspice

Aspice nunc, & quem nunquam sententia uertit,
 Promissis memorem mitibus adde fidem.
 Quòd si fatali constrictus lege teneris,
 Parcarum in tabulis scis superesse trium,
 Quondam submersas tandem succendere terras
 Ut possis iterum, quid uetita arma moues?
 Sim rerum iam finis adest, iace solus ab alto
 Facta Pyracmonia tela trifulca manu.
 Vndosam cohibe pestem, reuocetur in antrum
 Auster, & expurgent Thracia flabra diem:
 Fluctibus & reduces Tritonia concha receptus,
 Neptuno gentes iam miserante canat.
 Vota nihil profunt: & quæ fert omnia secum,
 Hæc eadem nostras fert simul unda preces.
 Ecce magis dirus, magis ecce ad sidera pontus
 Se leuat, & tantum non iuga summa premit.
 Iam iam contigui iungentur nubibus amnes,
 Nec spacium per quod defluat imber erit.
 Surge age cara soror, superantem nubila Olympum
 Scandamus, celeri dum licet ambo fuga,
 Vel Parnasiacæ potius fastigia Cyrrhæ:
 Altior est lymphis omnibus ille locus.
 Hic ego post tergum lapides magnæ ossa parentis
 Iactabo, extinctos & reparabo uiros:
 At tu foemineam renouabis foemina turbam,
 Saxa pari mittens sed leuiora manu.
 Sic ego Deucalion, sic tu Pyrrha altera fies,

Sic

Sic erimus mundi semina prima noui.

Ep̄vos DE MORTE RACA-
 cini cubicularij.

ELEGIA VIII.

Currite, festinet medicus, quid inepte moraris
 Tonsor? equo citius quàm pedes ire potes.
 Currite, forsan adhuc dabitur reperire calentem,
 Forsan adhuc misero flatus in ore manet.
 Omnia nunc ego te tibi per carissima rerum
 Oro, Machaonia si quid in arte uales:
 Si decus accendit, si mentem præmia tangunt,
 Quanta foret nostri, sit tibi cura sui.
 Incolumem quòd si nobis Henrice repones,
 Tunc mihi tu Pæan, tunc mihi Phœbus eris.
 Tunc ego te magni uenerabor numinis instar,
 Virbius in lucem quo reuocante redit.
 Fulmina nec metuas: perhibent nam sæpe cyclopes
 Vindictæ illius poenituisse Iouem,
 Iussa uiri properant, sed quo tamen omine leuo,
 In terram è quercu fusca uolauit auis.
 Nimirum uitam notat arbor opima Tonantis,
 Nam fertur priscos glans aluisse patres.
 Functorum locus est tellus, nigramia lethum
 Significant, letho conuenit ille color.
 Quàm timeo auspiciam, ne quid ferale mimetur,
 Ni releuet melior tristia uisa Deus.

O O' faci-

O' facinus, moesti redeunt: ne dicite quicquam,
 Scimus, inest tacitum uultibus indicium.
 Occidit infœlix, non formæ profuit illi
 Gratia, non leues et sine ueste genæ.
 En iacet, ut riguo languens amarantibus in horto,
 Improba quem uerni subruit aura Noti.
 Aspice quàm roseos nondum sua purpura uisus
 Liquerit, & uiuus spiret in ore decor?
 Hanc faciem feretro Pallans extenuus habebat,
 Talis & ante rogos Parthenopæus erat.
 Quæ iam spes hominum, quæ iam fiducia uitæ,
 Quo se momento quis putet esse suum?
 Quàm citò bullatæ pluuius tumor interit undæ,
 Tam postrema citò cui libet hora uenit.
 Nos longos nobis stulti promittimus annos,
 Linquendas alijs & cumulamus opes:
 Sic, tanquam torui nusquam sint ostia Ditis,
 Nauta nec in Stygia remiget ater aqua:
 Sic, tanquam nobis Iunonia temperet Hebe,
 Quod potat sumpta Iuppiter ambrosia.
 Hæc nos credulitas & terris iactat & undis,
 Hæc nostræ sortis nos meminisse uetat.
 Ille perosus humum, pelago natat: æquoris alter
 Impatiens, aruis applicat arua nouis:
 Hunc leuis ambitio tumidum popularibus auris
 Venilat, in ferrum ferreus ille ruit:
 Excitat hic montes, & culmina nubibus altis

Inserit

Inserit, ad superos scandere uelle putes.
 Interea totum Somni germana per orbem
 Haud ulli latè conspicienda uolat.
 Sternit & incautas nullo discrimine gentes,
 Naturæ immitti uincula falce metens.
 Nec nitida specie, uiridi uè ætate mouetur,
 Non fortem ignauo serius illa rapit.
 Nireæ Thersitæ, Paridem sed iungit Achilli,
 Troilus & tremulum mittitur ante patrem.
 Hic hic, funereos qui nunc effertur ad ignes,
 Quàm modò robustus, quàm modò sanus erat?
 Non illo duras quisquam insertare palastras
 Aptior, aut agili ducere frena manu.
 Hoc sibi Tyndarides dederat, Cyllenius illud,
 Ambos nam pueri torserat acer amor.
 Nunc etiam, cum iam supremum tempus agenti
 Fatalem legeret Persephonea comam,
 Spartane functus uiuendi munere luctæ,
 Per uirides ierat currere lætus agros:
 Illic dum laxis per deuia fertur habenis,
 Præcidere truces licia pulla deæ:
 Præcidere deæ simul, & simul ille uolucris
 Colla super lapsa candida fregit equo.
 Si uos coelicolæ rerum status ordo iuuabat,
 Fata super steriles cur statuistis anus?
 Mens secura sui misereri nescit alius,
 Quilibet exemplo fit pius ipse suo.

O 3

Essent

Puluis nomenq; sumans
 Interunt nosq; cum uaga bulla dies.

Essent si matres audirent uota parentum,
 Affectu proprios respiciente metus.
 Nunc illas non thuris odor, uittata ué placat
 Victima: non blandæ, lenia uerba, preces.
 Ultio si pateat, si uos ego uindice possim
 Crudeles uetulæ corripuisse manu:
 Dilaniem canos rugoso à uertice crines:
 Confringam fusos, stamina pensa, colum:
 Disijciam tabulas solido ex adamante rigemes,
 Sed magis his ipsis pectora uestra rigent:
 Lumine qui primo talem fraudastis ephēbum,
 Parsisset Libycis cui lea foeta iugis:
 Quem nec pro catulis lasisset Caspia tigris,
 Nec ferus aduersa cuspide fixus aper:
 Non uigil Hesperidum serpens, non bellua Ponti:
 Nec quicquid sæuum, terra, fretum ué creat.
 Dicite qua culpa meruit tam funus acerbum?
 Cuius erat tanti criminis ille reus?
 Scilicet hic Delphos, triuiæ ué incenderat ædem?
 Mactarat ué boues Sol uenerande tuas?
 Pœnigena ué sacrum mento deraferat aurum?
 Dempserat aut summo pallia salua Iouis?
 Scilicet hic Veneris uiolarat uulnere dextram?
 Pallada sanguinea surpuerat ué manu?
 Sanctarum aut thalamos tentarat inire dearum?
 Aut arcana deûm garrulus extulerat?
 Scilicet hic scopulis inuoluerat Ossa Olympi,
 Impius

Impius Iapeti miles, & Enceladi?
 Atqui nec dicto quenquam irritarat amaro,
 Mitis, & innocua simplicitate bonus.
 Sed quid uana queror? tu te furiose necasti,
 Dum nunquam nostris utere consilijs.
 Precepi quoties, & te quàm saepe rogavi,
 Tam temerè indomito ne rapereris equo.
 Exitiale adeò nullum mortalibus ægris
 Est animal, nullum quod mala plura ferat.
 Bella geruntur equis, uacuant quæ gentibus orbem:
 Quæ replent herebum, bella geruntur equis.
 Hoc genus effecit, caderet ter ut Iliæ tellus,
 Agmine cum toto Rhesus ut occideret.
 Hoc genus Hippolytū, genus hoc Phaethōta pemit,
 Cum terras patrijs ussit, & astra, rotis.
 Ipse Chimæreas potuit qui uincere flammæ,
 Pegaseam fertur non tenuisse iubam.
 Quis Diomedæi crudelia pabula nescit
 Armenti? & nullo gramine pingue pecus?
 Pontiadum rabiem quis non audiuit equarum?
 Constat &, unde nocens defluat Hippomanes.
 Hæc ego iactabam, sed te tua fata pericli
 Urgebant causas semper amare tui.
 Semper tu phaleras, semper tu lora uolebas,
 Semper erat tergo dulce sedere tibi:
 Nec tergo pigrioris equi, sed naribus ignem
 Qui uomat, & summam uix pede signet humum.

Nec te insuccessi requies tam lenta iuuabat

Pilenti, & remis molliter acta ratis:

Quàm fuga cornipedis, quàm lata, uel ardua uincēs

Saltus, & in gyros colla reflexa breues.

Respice nunc tua quid peperit tibi grata uoluptas,

Quæ tibi deliciae lucra tulere tuæ.

Nempe quòd Elysio uolitas in puluere uictor,

Automedon cursus & stupet ipse tuos.

Heu miserande puer, quo iam nitetur alumno

Vestra domus, cui tu spes modò solus eras?

Quando mihi similem continget habere ministrum

Moribus, ingenio, sedulitate, fide?

Morte tua totam resonant lamenta per urbem,

Muta nec assueis perstrepat aula iocis.

Morte tua attoniti senior simul & puer horrent,

Ille suis eadem dum timet, ille sibi.

Sed mea præcipua formidine corda tremiscunt,

Nulla fuit cui nox te sine, nulla dies.

O' quàm saepe mihi reducem te somnia fingent,

Somnia quæ fallax irrita mittit ebur.

Sæpe expergiscens nota te uoce uocabo,

Ceu non æternus sit sopor iste tibi.

Quin & nunc flauos uidi si pone capillos:

Protinus & flauo tu mihi crine subis.

Alterius ualidos conspexi fortè lacertos,

Illius talis, dico, lacertus erat.

Ante igitur gelidæ mea fient ossa fauillæ,

Quam

Quàm tua de nostro pectore cura cadat.

Nec tibi, credo e quidem, uenient obliuia nostri,

Non tu si Lethes flumina tota bibas.

Vnum est quod uerear, nam dum mihi tempora uite

Spondeo longa tuæ, dum reor esse deos,

Tardauit demens meritas tibi soluere grates,

Nec tribui obsequijs præmia digna tuis.

Forsitan & tetricam Dictæi ad iudicis urnam,

Ingrati magno nos agis ore reos.

Parce age, parce puer: uiuo neglecta, rependam

Exanimi, officium semit & ipse cinis.

Si mihi fas esset, quod dijs licuisse quibusdam

Traditur, in facies uertere membra nouas:

Non uaga tu uolucris fieres, nec turbidus amnis,

Non in flagrantes arbor itura focos:

Sed crocus, aut smilax mollis, uel amaracus herba

Sed tu Thesiphides, Oebalides uel fores.

Vel noua odorati prodires gloria ueris,

Gloria nec uiolis, nec superanda rosis:

Quam produxerunt nondum Zepheritides aure,

Quam nondum carpsit pollice Flora suo.

Nec magis è quoquam strueret sibi germine uirgo

Serta, puellares implicitura comas.

Mella magis nec apes legerent è floribus ullis,

Nec magis ulla mihi dulcia mella forent.

Nunc homini quoniam non est data tanta potestas,

Accipe de domini carmina mœsta lyra.

o

+

Carmi-

Carmine adhuc Attis, & carmine uiuit Adonis,
 Carmine Troiades, carmine claret Hylas.
 Sume simul lachrymas, fratri paulo antè negatas,
 His madeat tua qui contegit ossa lapis.
 Tum gemini extremo scribantur margine uersus,
 Haud cuiquam siccis uerba legenda genis:
 Hic Racacime iaces, uati gratissime Iano,
 Hic pariter Iani gaudia cuncta iacent.

DE SE FEBRICITANTE,
 ad Blasium militem.

ELEGIA IX.

Dum te castra tenent pictis fulgentia signis,
 Et trepida raucas excipis aure tubas:
 Nos Blasi æstifera correpti febre iacemus,
 Desidis & lethi triste timemus iter.
 Nil igitur prodest, quòd longè bella gerantur,
 Si fata in media uiuere pace negant.
 In Turcas utinam tecum simul arma tulissem,
 Non foret in tanto nunc mea uita metu.
 Hic nec opinanti gelidos tremor occupat artus:
 Illic quàm ueniat cernitur antè malum.
 Nos pugnam inuiti capimus: nisi tempora suadent,
 Vos detrectatis conseruisse manus.
 Non ulla hic cæcos astutia defugit ictus:
 Illic uitari missa sagitta potest.

Debilis

Debilis à morbo semper prosternitur aeger:
 At miles fuso sæpius hoste redit.
 Nobis præterea certamine nulla molesto
 Lux uacat: in uestro est multa labore quies.
 Luditis in mediæ securi sidera noctis,
 Hostiles uallo nil metuente minas:
 Fert clypeus talos, dat pocula cassis, & altum
 Ebrius ante ignem carmina lixa canit:
 Succedit ludo somnus, pallentibus astris
 Curantur raptò corpora fessa cibo:
 Præda uenit, totus laxatur in ocia mensis,
 Debita nec diues postulat æra cohors:
 Dicere nulla queas languentis gaudia, cuius
 Ipse fugit uini primus ab ore sapor.
 Fercula contortis libat malè grata labellis,
 Prandia nec miseris questibus ulla carent.
 Decubat excluso commissis sole fenestris,
 Nec finitur cœlo liberiore frui.
 Membra gemens stratis uersat, si membra uocamus
 Ossibus hærentem uix sine carne cutem.
 Pallia nunc poscit, nunc rursus pallia ponit,
 Lumina nec placidus mulcet abacta sopor.
 Verùm siue tua est, seu fors mea durior, oro
 Nos tibi, te nobis, reddat ut una dies:
 Ac reduci sanus largè noua musta propinem:
 Tempora signabit candidus ista lapis.

O

DE

Qui quatit terras, & ab imo Nerea fundo
 Eruitis, per quos coeli uariatur imago,
 Ut modò caliget nebulis polus, & modò latè
 Rideat optati facies tranquilla sereni:
 Vnde uiccs anni, nec non & frigora, & imbres,
 Vnde graues tonitrus, & hiulci fulminis iræ.
 Sic uos Hippotades leni moderamine frenet,
 Nec ferus euersum Neptunus uindictet æquor,
 Paulisper cohibete minas, & parcite flabris,
 Dum ratis hæc Italas coningat soppes harenas.
 Non turpeis thalamos, piratarumque cohortem,
 Delicias non illa Phari, peregrinæue nostræ
 Luxuriæ fomenta gerit: meliore coemptas
 Mercurio sed ducit opes: hac tota uetustas,
 Hac una uehitur facundia bina carina.
 Quæ nisi Orionias euadat salua procellas,
 Fandi ubi cultus erit? diuina ubi carmina uatum?
 Ingenia Hesperie quam a sub nocte iacebunt?
 Audimur. spirant Euri post terga secundi,
 Nec dæest pollicitis proles Latonia Pæan:
 Ille etiam, Ortygien cum iam tua prora subisset,
 Fatidicas in te lauros commouit, & ultro
 Delia sortilegi patuere oracula templi.
 Nulla nec optauit compleri numine Phœbas,
 Dum seruire suos gaudet tibi leta furores.
 Tum sic ex imis Cortina remugijt antris:
 O foelix, longam placido cum funere uitam

Cui

Cui tribuit pater, & decus indelebile clari
 Nominis, & centum numerosa è prole nepotes.
 Id tantum Guarime caue, tua ne bona solus
 Possideas, uni ne tuus tibi luceat ignis.
 Edita nec cæca te sors ambage fefellit:
 Illico sensisti, tua te impertire iuberi
 Omnibus, & sacros doctrinæ effundere riuos.
 Inde futurorum iam certior, æquora rursus
 Mensa remetiris, nec longum tempus, & urbem
 Ingredieris Venetam spolijs orientis onustus:
 Non Mauorte fero, placida sed pace paratis.
 Laus fuit hæc ueterum, patrias traducere ad oras,
 Si quid in orbe alio pulchrum rarumue notassent.
 Transeo te regum uictor Luculle duorum,
 Ornasti Latios Scythicis qui fructibus hortos:
 Nobiliora sequar, populo monstrauit hianti
 Mumius euersa uiuentia signa Corinθο.
 Persei Scaurus dedit ossa immania ceti.
 Regulus immensi transmisit terga draconis.
 Hic primus media discurrere fecit harena
 Spectatas non antè feras, Italisue uolucres
 Ignotas lucis à Nilo aut Phaside duxit.
 Ille nouum lapidem Phrygia, Libyæue petitum,
 Miræue longinquæ portauit robora syluæ.
 Tu Latio cunctis infers maiora triumphis,
 Quæ nec magnanumi diues uictoria Pauli
 Acquarit, Cypro nec quod Cato uexit opima.

B 2

Troia

IANI PANNONII
DE SE AEGROTANTE
in castris.

ELEGIA X.

CAstra sequor Vates: non spicula castra sequentē
Terrent, nec celeri barbarus hostis equo.
Tristia sed diræ torquent incendia febris,
Sæuior & ferro pectora flamma premit.
Seu uiuis, sit amara diu tibi uita Prometheu:
Siue iaces, durus degrauet ossa lapis.
Tu generi humano tantorum causa malorum,
Abs te feralis gentibus orta lues.
Antè nec insani uexabant corpora morbi,
Lurida nec macies, nec dolor ullus erat.
Auiâ tunc nemorum mortalis turba colebat
Inter montanas inuiolata feras.
Quippe cibos rami præbebant, pocula riui,
Antra casas, mollem gramina læta thoram.
Nulli tum arcanas radicum noscere uires,
Herbarum aut medicas uellere cura comas.
Nec cuiquam studium uarios conundere succos,
Vlcus & artificio præsecuisse manu.
Nec dum etiam presse redolenti merce carina,
Portabant Rubri quod creat ora maris.
Vita rudis sed sospes erat, nec tabida pestis
Angustum fati præcipitabat iter:
Sera sed annosæ cum uenerat hora senectæ,
Soluebat placidus languida membra sopor.

Tu

Tu, postquam ætherea nitidi de lampade solis
Subduxti astuto lumina adempta dolo:
Mox lethum, & lethi causas, diffudit in orbem
Vindex decepti scilicet ira Iouis.
Iure igitur Scythica uinctus sub rupe sedebas,
Qua riget æterno squallida Zona gelu.
Nec quicquam Alcides minus hoc laudabile fecit,
Quàm quòd in ultricem tela tetendit auem.
Verùm prisca nimis queror, & communia cunctis,
Ista fuit culpæ debita pœna mee.
O' ego ter demens, umbra qui & pace relictis,
Tentarim lituos & fera bella sequi.
Hic labor, & pallens metus, & deformis egestas,
Hic furor, & uultu mors uiolenta truci.
Nec dubito quin sol, quin aura, & puluis, et imber,
Læserit insuetum talia ferre latus.
Quanto erat ô melius, densa uic sub ilice fusum,
Aut ubi rauca leui murmure lympa sonat:
Nunc his, nunc illis, mentem oblectare libellis,
Poma uic curuatis demere ab arboribus?
Dicebant multi, quæ te uacordia ducit?
Quò raperis: neruos consule tyro tuos.
Scyria celatum quàm lana decebat Achillem,
Herculis aut ualidas Lydia pensa manus:
Tam femori gladius, capiti tam fulgida cassis,
Fraxina tam dextræ conuenit hasta tuæ.
Ast ego præcludens monitis ueracibus aurem,

Apta

Aptabam suris ærea suta meis.
 Nec nisi duratum Lambro thoraca uolebam,
 Nec nisi ferrato ferreus ire fero.
 Ergo animis fruor ipse meis, & iusta profectò
 Optate capio premia militiæ.
 Dū loquor, horridulos sensim rigor occupat artus,
 Sentio tormenti præuia signa mei.
 Iam labra plus multo liuent, iam mucidus alget
 Nasus, & incussæ concrepuere genæ.
 Nec minus ima pedū, manuū quàm summa gelantur,
 Acrius & longè quàm modò uena salit.
 Adijcite ô famuli tremulis uelamina membris,
 Post licet exigua reijcienda mora.
 Quin iam flagranti penitus succendimur æstu,
 Sulphura ut admotas cum rapuere faces.
 Nec latè uibrata semel, citò flamma residit,
 Mulciber ut siccis cum strepit in folijs.
 Sed manet, & miseris urit sine fine medullas:
 Tolle molesta procul pallia, tolle puer.
 Nū me flammiuoma quisquam deus obruit Aethna?
 Per mea num Phlegethon uiscera fortè fluit?
 Vror, io: immensum restinguite fluctibus ignem:
 Da gelidum laticem, si quis amicus ades.
 Nunc quicquid uoluūt Tagus, & Pactolus, et Her-
 Vilius est gutta frigidioris aquæ. (mus;
 Talis in Oethæi Tirynthius aggere busti,
 Arsit Nessæa saucius à tunica.

Crudeles

Crudeles superi, merui quo crimine tantum?
 Quidūc in me uobis displicuisse potest?
 Si scelera odistis, remouete cruenta latronum
 Agmina, sacrilegos tollite mille uiros.
 Me seruate precor, Phœbi pia sacra colentem,
 Dum saltem in lucem carmina nostra uolant.
 Plurima sunt nobis, summam poscentia limam,
 Sunt quæ dimidia parte parata manent.
 Si uos ingenium, si florida tangeret ætas,
 Si species, certè uiuere dignus eram.
 Quāquam haud inficior, patrauimus improba quæ
 Improba, non nimium flagitiosa tamen. (dam;
 Verūm quicquid id est, me manisse absistite. si quem
 Pœnitet, hoc ipso desinit esse nocens. }
 Oramus frustra, nec talibus atra mouetur
 Atropos, & uentis irrita uota damus.
 Agnosco uicina meæ confinia uitæ,
 Spiritus & numero deficiente fugit.
 O cœlum, ô colles, & amicti gramine campi,
 O uitrei fontes, ô uirides syluæ,
 Ergo ego uos dulci pariter cum luce relinquam,
 Nec reliquum de me iam nisi nomen erit?
 Heu quòd nec frater, nec adest soror optima nobis,
 Quæ digitis oculos condat, & ossa legat.
 Tu uerò multum scelix charissima mater,
 Cui cadere ante meas contigit exequias.
 Quid nunc, quid faceres, seu præsens ista uideres:

Sive

Siue esset subiti nuncia fama mali.
 Huc age ceratas quàm primùm afferte tabellas,
 Quis animi tradam uota suprema mei.
 At uos defuncto tumulum componite amici,
 Roscida quàm multo gramine uernat humus:
 Frondosos inter saltus, & amœna uirentis
 Prata soli, & Dryadum concelebrata choris:
 Assiduè Zephyri spirent ubi mitibus auris,
 Semper ubi argute suauè querantur aues.
 Quin etiam tacita iaceam ne ignotus in urna,
 Signari hoc cineres carmine mando meos.
 Hic situs est Ianus, patrium qui primus ad Istrum
 Duxit laurigeras ex Helicone deas.
 Hunc saltem titulum liuor permittite sepulto:
 Inuidiæ non est in monumenta locus.

AD APOLLINEM, CVM E
 pede laboraret.

ELEGIA XI.

ARdua sacratæ celebras seu mœnia Cyrrhæ,
 Seu colis excelsi mœnia clara Rhodi,
 Parrhasium flexo seu lustras Menalon arcu,
 Seu Claron, aut Lyciæ templa sacrata colis,
 Seu quondam æquoreis fluitantem Delon in undis,
 Aurea seu magni tecta Tonantis habes:
 Huc ades intonsus Pæan, formose capillis,
 Huc ades ô medicæ Phœbe repertor opis.
 Te coluisse mihi teneris rogo pro sit ab annis,

Atq;

Atq; Sabæa tuis thura dedisse focis.
 Scilicet auxilium Iuno parientibus affert,
 Ruricolis dat opem Liber & alma Ceres.
 Lanigeras Pan curat oues, ouiumq; magistros,
 Persephone magicis artibus ipsa fauet.
 Pastorem alma Pales, miserum Venus audit amantem.
 Quiq; uolat toto notus in orbe puer.
 Facundos Hermes, bellantia pectora Maiores
 Respicit, & castos casta Diana iuuat.
 Pallas uersato ducentem stamina fuso
 Spectat ab excelsi culmine diua poli.
 Quisq; suos diuim cultores spectat, & illis
 Propitio semper numine mitis adest.
 Tu quoq; Phœbe pater lachrymas ne sperne tuorum,
 Neu finito uacuas præterijisse preces.
 Præmia digna manent, uinctum tibi cornua uittis
 Taurum ad thuricremos sacrificabo focos.

AD SOMNUM, CVM DOR-
 mire nequiret.

ELEGIA XII.

Cymmeria seu ualle iaces, seu Noctis opacæ
 Axe sub occiduo mollia strata premis:
 Seu tua gentili madidum te nectare Lemnos
 Pasithæ tepido detinet in gremio:
 Seu Iouis ad mensas resides conuiuia supernas,
 Inter siderei numina sancta poli:
 Nam quis tam mitem crudelibus inserat umbris,

Orci

Orci quæ fauces horrida monstra tenent:
 Huc ades, ô hominum simul & rex Somne deorum:
 Huc ades & placidus languida membra leua.
 Septima iam fulget pulsas aurora tenebris,
 Pectora ut in duro uoluimus ægra thoro.
 Multum equidẽ morbus, sed plus insomnia torquet,
 Ante diem uires obruit illa meas.
 Quod modò corpus erat, nunc est cutis ossibus hæ-
 Nũc tantũ larua est, qui modò uultus erat. (rēs:
 Comprimo sepe genas, & lentum inuito soporem,
 Nec tamen in pressas labitur ille genas.
 Tantum dira meis monstra obuersantur ocellis,
 Queis nasi ingentes, & Stygiæ effigies:
 Qualeis Alcmaeon, qualeis cernebat Orestes,
 Qualeis tu caso Romule mœste Remo.
 Immites Superi, facileis per littora phocas
 Sternitis, & gliri tota cubatur hyems.
 Iam pecudum uobis maior quàm cura uirorum,
 At genus hoc uestræ semina stirpis habet.
 Si tamen Endymion triginta dormijt annos,
 Causa erat ut Lunæ gaudia longa forent.
 Huc ades ô hominum simul & rex Somne deorum,
 Huc ades, & placidus languida membra leua.
 Quod fuit humane totum tentauimus artis,
 Inuenta est nostri nulla medela mali.
 Nil rosa, nil uiolæ, nil semina lactucarum,
 Nil me cum lolio iuuat hyoscyamus.

Frustra

Frustra aloë, frustra nobis fragrauit anethum,
 Nec gelidis linier profuit unguinibus.
 Non habuere suas in me ulla papauera uires,
 In me mandragoræ non habuere suas.
 Ergo ego uel Phariæ possim perferre uenenum
 Aspidis, unde tibi mors Cleopatra fuit:
 Blanda nec arguta Syren me uoce resoluat,
 Nec Circe Eois Dædala gramminibus.
 Nec si pollemi tangat mea corpora uirga
 Mercurius, qua tu peruigil Arge iaces.
 Huc ades, ô hominum simul & rex Somne deorum:
 Huc ades, & placidus languida membra leua.
 Te Lethæa parens ad flumina progeniuit Nox,
 Cyaneos multo sidere picta sinus.
 Præbuit & plantis alas, & cornua fronti,
 Ac ferrugineam texuit ipsa togam.
 Addidit & comites totis tibi moribus aptos,
 In quibus est segnis Torpor, & uida Quies.
 Sunt & mordaces pulsura Obliuiæ curas,
 Sunt testudincos Ociæ noctæ pedes:
 Muta sed in primis tibi adesse Silemiæ iussit,
 Assidue murmur quæ procul omne fugant.
 His tu, quicquid agis, semper stipare ministris:
 His quicquid toto uiuit in orbe domas.
 Huc ades, ô hominum simul & rex Somne deorum:
 Huc ades, & placidus languida membra leua,
 Serus ab obscuris te suscitât Hesperus antris,

P

Clarus

Clarus in atra iterum Lucifer antra fugat.
 Luce uacas ipsiue tibi, dulciue Lyæo,
 Facta è nigranti fulcra premens hebeno.
 In tenebris uolitas, & latum spargis in orbem
 Lecta soporiferis grana papaueribus:
 Quæ postquã in terras ceciderunt, oppida et urbes,
 Aequoris & fluctus & nemora alta silent.
 Tu potes & patulo luctanteis aere uentos,
 Tu potes & rapidi sistere solis equos.
 Si libeat, stabunt iam fusi nubibus hymbres,
 Hærebunt medio fulmina torta polo.
 Te quondam custos aurati uelleris hydrus,
 Sensit & anguineis torua Medusa comis.
 Dum tibi iuncta fouet Tithonum longius Eos,
 In Iouis officium nox geminauit iter.
 Huc ades, ô hominum simul & rex Somne deorum,
 Huc ades & placidus languida membra leua.
 Non ego te hostileis iubeo defigere turmas,
 Cædibus ut subitis castra inimica premam.
 Fraude nec audaci magnum sopire Tonantem,
 Iunonis toties quod meruere preces:
 Vel cum decepto Tirynthia uela marito,
 Egrot ab Iliacis littora Coa uadis:
 Vel cum cedentes Phrygibus miserata Pelasgos,
 Callida in Idæis rupibus accubuit.
 Obsequium posco diuûm, quod nemo queratur,
 Quod pater athereus consulat ipse boni.

Obse-

Obsequium posco tutum tibi, & utile nobis:
 Nam nec seruari per tua damna uelim.
 Quòd nisi tu nostros claudas paulisper ocellos,
 Aeternum claudet mox tua furua soror.
 Huc ades ô hominum simul & rex Somne deorum,
 Huc ades, & placidus languida membra leua.
 Non ingratus ero, uiridi de cespite surget
 Fumatura tuis haud semel ara sacris.
 Hic tibi ponetur tenerum iecur anseris albi,
 Altera cristatus uictima gallus erit.
 Hæc super adijciam flauis duo cymbia mellis,
 Ac totidem lactis cymbia mixta mero.
 Alme pater rerum, misera pars optima uitæ,
 Mens simul & corpus quo recreante uigente
 Index uenturi, superas qui mittis ad oras
 Somnia per geminas illa uel illa fores:
 Sic tibi parua dies, & sic nox annua semper,
 Nec desit longæ copia desidiæ:
 Sic sine fine tuo facilem se præstet amorì
 Inter Acidalias maxima Naiades.
 Huc ades ô hominum simul & rex Somne deorum,
 Huc ades, & placidus languida membra leua.
 CONQUERITVR DE AEGRO-
 tationibus suis.

ELEG. XIII.

ERgo ego, quæ nobis fuerint data tempora uitæ,
 Infœlix inter tot mala semper agam?

P 2 Sem-

Semper erit nostras urat quæ flamma medullas?

Nunquã ego non aeger, nunquam ego sospes eros?
Ut taceam, mater pia quæ narrare solebat,

Aetatis teneræ mille pericla meæ.

Reddiderat patriæ reduccm uix Itala tellus,

Damnaui reditus protinus ipse nouos.

Nam malè profluuiò uentris cruciatus amaro,

Turbauit attonitæ gaudia penè domus.

Mox auibus lauis regalia signa sequenti,

Funestæ cantum non sonuere tubæ,

Sic grauis heu miserum flammauerat hemitriteos,

Tantus in accensis ossibus ardor erat.

Sæuior en rursus capiti Fortuna minatur,

Incolumi tanquam fauerit illa diu.

Quippe uelut telis costæ punguntur acutis,

Sputa simul largè sanguinolenta fluunt.

Additur his, pulmo quod uix respirat anhelus,

Nec tamen interea torrida febris abest.

At sopor almus abest, nec luce aut nocte quiesco,

Sed uigil horrendis uexor imaginibus.

Tristia morosi lucratur tædia morbi

Aeger, cui prestitit languida membra quies.

In me nulla truceis interpolat hora dolores,

Cogor & in gemitus peruigilare meos.

Sic quondam Libyca fidei seruator in urna

Traditur abscisis excubuisse genis.

Qualis erit nobis, si fortè erit ulla, senectus?

Cum

Cum sit in assiduis prima iuuenta malis?

Tricenis geminos tunc annumerabimus annos,

Cum peraget senas menstrua luna uias.

Tollite me potius, nec in hos seruate labores,

O si quos tangunt inferiora, dei.

His ego cum pœnis uel Crœsi regna recusem,

His ego cum pœnis nec deus esse uelim.

Nam quid me tam dura inter tormenta iuuarent

Ambrosiæ uè dapes, nectareus uè latex:

Ipsa ministraret nobis licet Herculis uxor,

Pennato uè Ioui raptus in astra puer.

Vita ualetudo est. iugi qui peste laborat,

Non uiuit, lenta sed mage morte perit.

AD ANIMAM SVAM.

ELEG. XIII.

MENS, quæ lactiferi niueo de limite Circi

Fluxisti has nostri corporis in latebras:

Nil querimur de te, tantum probitate refulges,

Tam uegeto polles nobilis ingenio.

Nec te dum porta Cancri egrederere calentis,

Lethææ nimium proluit humor aquæ:

Mystica quæ rapidum tangit cratera leonem,

Vnde leuis uestrum linea ducit iter.

Hinc tibi Saturnus rationem, Iuppiter actum,

Mars animos, sensum Phœbus abunde dedit,

Affectus Ericyna pios, Cyllenius artes,

Augendi corpus Cynthia uim tribuit:

P 3

Cynthi

Cynthia quæ mortis tenet & consinia uita,
 Cynthia sidereo subdita terra polo.
 Carnea præ cælo sed si tibi testa placebat,
 Hac melior certè testa legenda fuit.
 Nec me staturæ, uel formæ pœnitet huius:
 Sat statura modum forma decoris habet.
 Pœnitet infirmos teneri quòd corporis artius
 Molle Promethæa texuit arte lutum.
 Nam mala temperies discordibus insita membris,
 Diuersis causas dat sine fine malis.
 Continua ex udo manat pituita cerebro,
 Lumina nescio quo sæpe fluore madent.
 Effrudent renes, & multo sanguine abundat
 Sub stomacho calidum frigidiorie iecur.
 An te fortè ideo gracilis compago iuuabat,
 Ut saperes tenui carcere clausa magis?
 Sed quid in ægroto sapientia pectore prodest?
 Non ego cum morbo Pittacus esse uelim.
 Nec molem Atlantis cupio, roburue Milonis:
 Sim licet exilis, dummodo sospes agam.
 Aut igitur commissa diu bene membra foueto,
 Aut deserta citò rursus in astra redi.
 Verùm ubi millenos purgata peregeris annos,
 Immemoris fugito pocula tarda lacus:
 Tristia ne priscis reddant te obliuia curis,
 Neu subeas iterum uincla reposta semel.
 Quòd si te cogent impitua fata reuerti,

Quid-

Quidlibet esto magis, quàm miserandus homo.
 Tu uel apis cultos lege dulcia mella per hortos,
 Vel leue flumineus concine carmen olor:
 Vel syluis pelagouè latens, memor omnibus horis,
 Humana è duris corpora nata petris.

M. GEORGIO ET ANTONIO
 niolo Scientiæ rusticantibus.

ELEG. XXV.

Illos foelices, illos reor esse beatos,
 Ante omnes, qui nunc rus geniale colunt.
 Nam ruri nihil est mage dulce, molestior urbs est:
 Rure manet genius semper, ab urbe fugit.
 Vos nunc aut canibus lepores agitatis odoris,
 Ast ego continuè grammæ sin inuigilo.
 Aut lentis uirides peragratis passibus agros,
 Ast ego continuè grammæ sin inuigilo.
 Aut pingues turdos iucunda fallitis arte,
 Ast ego continuè grammæ sin inuigilo.
 Vos iocus & ludus, uos blanda fronte uoluptas,
 Vos requies & pax, uos comitatur amor.
 Adsunt conspicuæ formoso corpore nymphe,
 Quæ uobis possunt oscula mille dare.
 Vos bene potatis, uos pingues manditis escas,
 Inde premunt mollem corpora uestra thorum.
 Ambo igitur superùm merito scandetis olympum:
 Hoc mercedis habet, qui bene semper agit.

P 4

Opto

Opto nimis placida nunc rus celebrare Scientæ,

Opto nimis uestra commoditate frui.

O si Pegaseis liquido ferar æthere pennis,

Et nunc ad uestros deferar ipse lares.

Quis prohibet plures cæra me iungere pennas,

Et iunctas humeris applicuisse meis?

Hoc tuus, ut memorant, certè pater Icare fecit:

Et cur plus nobis ingeniosus erat?

Atlantis facunde nepos, sate Pleiade pulchra,

Aliger aligero qui pede carpis iter:

Oro tuas nobis pennas concede parumper,

Ipse Scientæas donec adibo domus.

Aureus inde tuas à me statuetur ad aras

Taurus, Hyperboreis candidior niuibus.

A te concessis iuuenis Danaëius alis

Fertur ad horrendas Gorgonis esse domos.

LAVS ANDREAE MANTE
gnæ pictoris Patauini.

ELEGIA XVI.

QValem Pelleo fidum cum rege sodalem

Pinxit, Apellæ gratia mira manus:

Talis cum Iano tabula Galeottus in uita,

Spirat in abruptæ nodus amicitie.

Quas Mantegna igitur tanto pro munere grates,

Quasue tibi laudes nostra Thalia canet?

Tu facis ut nostri uiuant in secula uultus,

Quam-

Quamuis amborum corpora terra tegat:

Tu facis, immensus cum nos disterminet orbis,

Alter in alterius possit ut esse sinu.

Nam quantum à ueris distant hæc ora figuris?

Quid nisi uox istis desit imaginibus?

Non adeò similes speculi nos lumina reddunt,

Nec certans puro splendida lymphæ uitro.

Tam bene respondet paribus distantia membris,

Singula tam proprio ducta colore nitent.

Num te Mercurius diuina stirpe creauit?

Num tibi lac, quamuis uirgo, Minerua dedit?

Nobilis ingenio est, & nobilis arte uetustas:

Ingenio ueteres uincis, & arte, uiros.

Aedere tu possis spumas ex ore fluentes,

Tu Veneris Coe perficere effigiem.

Nec natura ualet quicquam producere rerum,

Non ualeant digiti quod simulare tui.

Postremò, tam tu picturæ gloria prima es,

Quam tuus historię gloria prima Titus.

Ergo operum cultu terras cum impleueris omnes,

Spargeris & toto nomen in orbe tuum,

Ilicet accitus superas transibis ad arces,

Qua patet astrifera lactea zona uia:

Scilicet ut uasti pingas palatia coeli,

Stellarum flammis sint uariata licet.

Cum coelum ornaris, coelum tibi premia fiet,

Pictorum & magno sub Ioue numen eris.

P 1

Nec

Nec tamen his fratres cedent pietate poetae,
 Sed tibi post Musas proxima sacra ferent.
 Nos duo praesertim, quorum tua dextera formas
 Perpetua nosci posteritate facit.
 Interea haec gratam testantur carmina mentem,
 Vilior his Arabi thuris aceruus erit.

DE STELLA, AESTIVO
 tempore in meridie uisa.

ELEG. XVII.

Quod nam hoc tam claro sidus sub luce resulget?
 Nec timet in medio praenituisse die?
 Fulua Cleonaei certè per terga leonis,
 Celsis aestiuos sol agit acer equos:
 Nec prodire uagas permittens longius umbras,
 In caput Aethiopum spicula recta iacit.
 Omnia nunc flagrant, nec caligantia puri
 Aspectum caeli lumina ferre ualent.
 Cetera caeruleam noctis uariantia pallam,
 Praestriatum radijs occulere iubar.
 Vna tamen, longè reliquis audacior astris,
 Contempto Phœbi stella nitore micat.
 Quantum conspicuo rutilans fulgore cometes,
 Nunciat horrenda bella cruenta iuba.
 Sed tu (siue Iouem mauis te fortè uocari,
 Grata est Idaliae seu tua flamma deæ,
 Sine nouum caelo modò te Deus addidit ignem,
 Ac solis fesse iussit adesse faci:

Fœlix,

Fœlix, cui soli fas est haud cedere Phœbo,
 Non tantum noctis quæ potes esse decus.)
 Nil dirum, nil triste feras: sed lumine dextro,
 Pelle procul, quicquid fata sinistra parant.
 Saturni tu frigus iners, tu Martis iniqui
 Ardores, placida corrige temperie.
 Perfice ne terris noceant Arcturus & Hœdus:
 Arcturus uenis, seuior Hœdus aquis.
 Grandine flauentes ne pulset Scorpius uuas,
 Ne segetes nimio torreat igne Canis,
 Neu miseros turbet nautas nimbosus Orion,
 Orion claua, nec minus ense ferox.
 Sed pius insanis defendat Castor ab undis,
 Limite quas certo duxerit Vrsa rates,
 Semina centeno reddat cum scœnore tellus,
 Vnda ferat pisces, aura salubris aues.
 Per te uexato redeat concordia mundo,
 Ianus & æterna comprimat arma sera.
 Esto quidem latè populis tu prospera cunctis,
 Sed magis afflictas respice Pannonias.
 Verte pharetratos Phryxi trans æquora Turcas,
 Quos malè nunc Ister submouet amne suo.
 Fac regem obseruent proceres, rex ipse fideli
 Consilio procerum se regat, & patriam:
 Omnia sic roseis cedant tibi sidera flammis,
 Sic tuus occiduas nesciat ignis aquas.

DE

IANI PANNONII
DE APRO ET CERVO.
ELEG. XVIII.

Quantum Iunoni Tegee, Calydoniæ Diane
Dicitur Aetolis progenuisse iugis:
Tantum nostra suem fudit pagana iuuentus,
Vix capiunt vastam stridula plaustra feram.
Hæc Meleagræo poterat procumbere ferro,
Hæc erat Herculeæ bellua digna manu.
Aspice curuatos altè, duo fulmina, dentes:
Aspice setosæ spicula densa iubæ.
Abrupit quàm sæpe plagas, quàm sæpe morantes
Turbidus obliquo discidit ore canes?
Non illi solæ præbebant pabula syluæ,
Nec quæ de patulis glans cadit ilicibus:
Arua diu miseri flebant populata coloni,
Sæuior hæc omni grandine pestis erat.
Sed iam securos resonet pastoria cantus
Fistula, respirant pascua, rura, greges.
Nunc etiam timuisse iuuat, cessante periclo:
Dulce est præteritos commemorare metus.
Macte animi, dirum primus qui figere monstrum
Ausus es, æternum carmine nomen habè.
Vos simul agricola memores, uictoris ephèbi
Populea meritum cingite fronde caput.
Ecce sed ingentem pubes fert altera ceruum,
Syluia qualis erat, uel Cyparissæ tuus.
Ardua bis denis assurgunt cornua ramis,

Suspen-

Suspendenda tuo Cynthia diua tholo.
Iam sæcunda fouet centesima semina tellus,
Iam posuit totidem uinea lata comas:
Postquam hunc solliciti longè mirantur agrestes
Ducere cornigerum per nemora alta pecus.
Tædia nam longi quoties persenserat æui,
Nouerat anguineo se renouare cibo.
Nec modò ueloces captum strauere molossi,
Aut tenuere suam linea texta fugam:
Quamuis alta leui superabat retia saltu,
Ocyor aligero Bellerophontis equo:
Sed magno è syluis æclius clamore sequentum,
Incidit in fragili stagna adoperta gelu.
Hic sæpe incassum surgenti, & sæpe cadenti,
Succidit cæleres lubrica testa pedes:
Sic tandem uictus, toto dedit altera pago
Gaudia, quæ pariter comulit una dies.
Vna dies multos olim recolenda per annos,
Quàm niueus prisco signet honore lapis.
Hanc uos unanimi mecum celebrate sodales,
Dum fauet hinc ætas, hinc genialis hyems.
Dilute Baccho fugiant ante omnia cura,
Ille deus mæstos exhilarare potest.

ELEGIARVM LIBRI

FINIS.

EPI

Troius Aeneas raptos ex hoste penates
 Attulit, & matrem torua cum Pallade Vestam.
 Tu diuos Itala dudum tellure fugatos
 Restituis: tecum uirgo Tritonia, tecum
 Somnifera insignis uirga Cyllenius ales,
 Tecum deserto remeant Helicone Camœna.
 Tu Bacchi thyrsos, & Phœbi pleetra reducis.
 Vix tactum bene littus erat, uix ianua ludi
 Mandatis ad aperta Dei, uagus omnia rumor
 Gymnasia Italiae cœno murmure complet,
 Affulsisse uirum, gemina qui Pallade solus
 Polleat, & duplicem præstet sitientibus haustum:
 Curritur ad bifidi suauissima flumina fontis,
 Atria nec capiunt studiosas ampla cateruas.
 Mirantur cuncti melius uel nostra docentem,
 Vel noua Erichthæe prominentem nomina lingue.
 Mirantur cæcis tandem prodire latebris
 Sensa tot autorum mille indeprenta per annos:
 Nec prius auditos puduit risisse magistros.
 Verborum pars nulla perit, sed cuncta citatis
 Excipiunt calamis, & longa in sæcla recondunt.
 Ceu cum, depastis latè fœculibus, ægrum
 Lenta gregem tenuauit hyems: & debile languet
 Ieiuna pecus omne fame: si frigore pulso
 Affluit tepidos Zephyri clementia campos,
 Ocyus erumpunt stabulis armenta reclusis,
 Ac primum uirgas, & qualibet obuia tondent:

Quod

Quod si maturas iam dudum uallis apricæ
 Planicies ostendit opes, huc agmine facto
 Irreuocata ruunt, & leto uere fruuntur:
 Pastorum tacitas pertentant gaudia menteis.
 At tua sic auidi contendunt limina cœtus,
 Ut meliora nouæ decerpant dona Mineræ.
 Ast alijs deserta uacant subsellia: nec iam
 Ipse manet cathedra modò qui dictabat ab alta,
 Sed se discipulis comitem properantibus addit.
 Omnis conditio, sexus simul omnis, & ætas
 Accelerant. plebi stipatur curia, mixti
 Primæuis cani, maribus sedere puellæ.
 Multi quos uiteratio diuersa tenebat,
 Iam Musas & pleetra uolunt: mercator auara
 Profilit à mensa: neglecto durus aratro
 Rusticus, & posita festinat cuspide miles.
 Nec reliquis precium manet artibus, ars tua cunctis
 Præfertur studijs. radio geometra relicto
 Te petit: assuetus rerum disquirere causas
 Te tibi submittit sapiens: tua tecta frequentant,
 Morborum curas, & legum scita professi.
 Patribus in primis summi pia gloria uoti,
 Erudienda tuæ committere pignora curæ.
 Nam quis te melior, uel prouexisse uolentem,
 Vel contrà ignauo discendi subdere calcare?
 Principio rectè das fundamenta loquendi,
 Rectè scribendi compendia tradere calles:

B 3

Ne

EPIGRAMMATA

HVMNVS IN MVSAS, APOLLINEM, IO-
uemq; ab Homero puero editus, Latinus fa-
ctus per Ianum Pannonium.

AD LVDOVICVM CYPRIVM.



Os ô Theſpiades, & carminis au-
tor Apollo,

Et tu ſtelliferi pater ac moderator
Olympi, (laudes.

Ardor ineſt ueſtras nobis exponere

Vos ô Theſpiades, & carminis autor Apollo,

Orbe uiros toto uocali carmine claros

Redditis, & dulces cithara datis edere cantus.

At tu magne parens, radiantis rector Olympi,

Purpureos ornas pulchro diademate reges,

Imperiale decus & ſceptra nitentia donans.

Ille tamen cunctis foelicior, ille beatus

ſcilicet, & merito fortunatiſſimus ille eſt,

Dulcia cui doctæ tribuerunt carmina Muſæ.

Cui dedit ipſe ſuum iaculator Apollo furorem.

Illi nectareus ſacro de pectore ſermo

ſuauior, & flauit manat dulcedine mellis.

De Ioue nunc igitur genitæ ſaluate ſorores.

AD LVDOVICVM CYPRIVM,

De hymno.

Nos tibi uerſiculos Ludouice dicauiſtus iſtos,

O decus & ſæcli gloria magna tui;

Hos

Hos ego de ſacro conuerti nuper Homero,
Qui tibi manſuri pignus amoris erunt.

PRO PACE.

○ Pater omnipotens qui cœlum & ſidera ſolus
Acterna ditione premis, deſige potentes
His miſeris oculos terris, quas Marte feroci
Vaſtari cernis, longoq; perire duello.
Et nobis tandem tribuas Pater optime pacem:
Que mala cuncta procul, mortesq; repellit acerbæ.

AD GALEOTTVM PRO DO-
no quodam.

Pectora ſi magnum redolerent noſtra Maronem,
Diuiusq; meo ſub corde latêret Homerus,
Et mea centenis reſonarent guttura linguis,
Vix Galeotte tibi meritas perſoluere grates
Munere pro tali ſacundia noſtra ualeret.
Tot tibi ſint igitur grates, quot littus harenas,
Tmolus habet uites, maturas Gargara meſſes,
Dulcis Hymettus apes, uaſtas Hyrcania tigres.
Quot gruibus Strymon, niueis palus Aſia cygnis,
Glandibus Epirus, quot abundat frondibus Ide:
Quot fluuij piſces, quot ſidera ſtellifer axis,
Terra ſeras nutrit, uolucres agitabilis ær.
Quot ſegetes æſtas, uernalia tempora flores,
Quot pater autumnus dulces in uite racemos,
Humenteis pluuias quot bruma nouiſſima gignit.
Irrigui piſtis quot abundam floribus horti,

Ar-

Arboribus montes, maturis frugibus agri.
Ergo uale, & nostri reminiscere semper amoris.

AGIT GRATIAS SIGISMUN-
do Mazono.

O Cypus ite deæ, celeres precor ite Camœnæ,
Corripe dulcisonam pulcher Apollo lyram,

Et tot Mazono pro munere reddite grates,

Quot tenues umbras regia Ditis habet:

Quot flores pratis, quot sunt super arbore frondes:

Quot fulgent rapido sidera fixa polo:

Equoreum flauis quot abundat littus harenis:

Quot gignit rapidas terra Libyssa feras:

Et quot in Adriaco uersantur gurgite pisces,

Quot gerit horrentes Pannonis ursa pilos.

PRO CONVIVIO AD PHILIP-
pum Bibium.

QVas tibi pro tanto referemus munere grates?
Quæ dabimus meritis præmia digna tuis?

Tu decus es Bibiæ, lumenq; propaginis ingens,

Tu patriam insignem laude sub astra feres.

Vrbs Genuæ semper tanto exultabit alumno,

Et quondam Idaliæ Cypros amata deæ.

Rerum opifex summus tibi det quæcunq; rogabis,

Et tribuat factis præmia digna tuis.

AD GVARINVM VERONENSEM.

TE precor ô nostri decus & noua gloria sæcli,
Qui calles linguas docte Guarine duas:

Quo

Quo iam tot fuimus sub præceptore per annos,
Hospes ut in cœna nunc meus esse uelis.

Quam dedit Euandro laudem Tirynthius hospes,
Hanc dabis ipse mihi, si meus hospes eris.

RESPONSIO GVARINI VE-
ronensis.

CONuenere pares paribus, conuenit & ætas
Omnis: ero melius cum senibus senior.

Maturos refugit nutus urbana iuuentus,

Et iocus & ludus cum seniore tepent.

Quare agite ô iuuenes risus & amœna uocate,

Ne turbent faciles seria dura iocos.

REFELLIT GVARINICAM EX-
cusationem.

SERIA sunt quæ dura uocas, gratissima nobis,

Nec poterunt nostris illa nocere iocis.

Immò tua haud paruum mensæ præsentia nostræ

Splendorem poterit clare Guarine dare.

Frenaq; ne nostro nimium sint libera ludo,

Neue suum excedant gaudia nostra modum,

Illæ augusta tui faciet reuerentia uultus,

Et grauitas magno dignaq; forma Deo.

Nec tamen inter nos & te iuuenilia quædam,

Quanquam sis canus, dicere turpe puta.

Quippe nec in feris (ex te hoc audiuius) annis

Horruit urbanos Tullius ipse sales.

Socrate quis grauior fuit, aut quis sanctior unquam?

Lusit cum pueris sæpius ipse suis.

Q

Ipse

Isse datur quondam, non est ea fabula falsa,
Stoicus ad Floræ sacra iocosa Cato.

Tantum exemplis igitur mouere uirorum,
Et que sepe probas, ne fuge facta sequi.
Ne fuge, sed quamuis cum dispare iungere turbas
Nec mihi rescribas, sed magis ipse ueni.

IANVS MANVELI.

Accipe quæso tui munuscula parua Ioannis,
Exhilaras frontem dum capis ipse tuam.
Antè tamen nobis memor esto ignoscere, quòd non
Redduntur meritis præmia digna tuis.

AD ANTONIOLVM PLACIDVM.

Marsupium nummo, nummus custode crumena
Indiget: hoc etiam munera nostra probant.

AD IANVM PANNONIVM QVINQVE
ecclesiarum episcopum Porcelius
Poeta.

Svme pater diuine tui munuscula uatis,
Que ueniunt patrijs aurea mala locis.
Gratus odos, dulcisq; sapor, non aspera tactu,
Diues Atlantiadum qualia ramus habet.
Munere sis liceat maiori dignus, et auro:
Cum uenit ex animo gratia, digna Ioue est.
Thure uaporatas si læti incendimus aras,
Contentos paruo credimus esse deos.
Ergo tuum uatem, munusq; amplectere toto
Pectore: mens magna est, munera parua licet.

Ianus

4/1

IANVS PORCELIO POETAE.

Misisti nobis et mala et carmina uates:
Nec factum hoc casu, sed ratione reor.
Totum me duplici uoluisti pascere dono:
Hic solet esse animi, corporis ille cibus.

Quam numeri oblectant mentem, tam poma palatū:
Ista sapore placent, illa lepore iuuant.

Mala aurum superant, et uincunt carmina gemmas:
Aurum da et gemmas, deteriora dabis.

Poma nec Alcimus misisset talia nobis,
Carmina nec Clarius tam bene culta deus.

ABIENS VALERE IUBET SANCTOS
reges Vuaradini:

Omnia sub niue dum latet profunda
Tellus, et folijs modo superbum
Cane dum nemus ingrauant pruinae,
Pulchrum linquere Chrysium iubemur,
Ac longè dominum uolare ad Istrum.

Quamprimum o comites uiam uoremus.
Non nos flumina, nec tenent paludes,
Totis stat gelidum gelu lacunis.

Qua nuper timidam subegit alnum,
Nunc audax pede contumelioso
Insultat rigidis colonus undis.

Quamprimum o comites uiam uoremus.
Non tam gurgite molliter secundo
Lembus remigio fugit uolucris.
Nec quando Zephyrus leui suburgens

Q

cri-

11

Crissum flamine purpurauit equor,
 Quam manni rapiunt traham uolantem.
 Quamprimum o comites uiam uoremus.

Ergo uos calidi ualete fortes,
 Quos non sulphurei grauant odores,
 Sed mixtum nitidis alumen undis,
 Visum luminibus salubriorem,
 Offensa sine narium ministrat.
 Quamprimum o comites uiam uoremus.

Actu Bibliotheca iam ualeto,
 Tot claris ueterum referta libris,
 Quam Phœbus Patara colit relicta,
 Nec plus Castalios amant recessus
 Vatum numina Mnemonis puellæ.
 Quamprimum o comites uiam uoremus.

Aurati pariter ualete reges,
 Quos nec sacrilegus perussit ignis,
 Diræ nec tetigit fragor ruinae,
 Flammis cum dominantibus per arcem
 Obscura latuit polus fauilla.
 Quamprimum o comites uiam uoremus.

At tu qui rutilis eques sub armis
 Dextra belligeram leuas securim,
 Cuius splendida marmorum columnis
 Sudarunt liquidum sepulchra nectar,
 Nostrum ritè fauens iter secunda.
 Quamprimum o comites uiam uoremus.

Ante

PETRO CVIDAM.

ANTE reuertetur lepidos Hyperion ad ortus,
 Excipiet stabilem Tethyos unda polum,
 Riphæis niuibus canescere desinet orbis,
 Nullus in Oceani gurgite piscis erit:
 Mella ferent rupes, quercus producet aristas,
 Quam meus in Petrum diminuatur amor.

DE FRANDO.

NAUFRAGUS Eridani Fradus dum mergitur undis,
 Siccine me miserum fata necatis? ait.
 Si fueram liquida periturus morte, perissem
 In latices potius dulcis Iacche tuos.

EPI TAPHIUM IN BARTHOLOMÆ-
um Montagnam Phycum.

QUI fueras medicæ doctus celeberrimus artis,
 Hoc situs in tumulo Bartholomæe iaces.
 Credo te Stygias mundo inuidisse sorores,
 Miratas raros Tartara ad ima trahi.
 Quippe incredibiles poteras depellere morbos,
 Et uitæ exanimis reddere penè uiros.
 At licet extinctus sis corpore, nomine uiuis:
 Nam longè Ausonio clarus in orbe uiges.

EPI TAPHIUM IN HECTOREM
Sacratum.

SACRATÆ hoc tumulo gentis decus occubat Hector,
 Cui uirtus claro sanguine maior erat.
 Hunc pietas superis, probitas mortalibus, olim
 Principibus gratum fecerat alma fides.

Q 3

Tunc

Tunc etiam æthereis animam cum redderet astris,
 Rhodigio præses iura uerenda dedit.
 Extinctum cuncti flerunt: nam comis in omnes,
 Iusticiæ salua sed grauitate, fuit.

EPITAPHIUM IN GEORGI-
 um Bako.

Fida iacet nostræ tutela Georgius arcis,
 Amissam Martis nunc ego credo manum.
 Vix reducem castris, rapuit domus: occidit æger,
 Inter tot sospes qui modò tela fuit.

Inunc, & placidæ lentus confide quieti:
 Quà minimè speras, mors inopina subit.
 Ille tamen pulchro fuerat per uulnera letho
 Dignior: ignauos segnia fata decent.

DE LVCTA GALEOTTI VIRI DOCTISS-
 cum Aleso Pannonio.

Qualis in Aetola mœrens Achelous arena
 Herculeæ legit cornua fracta manu:
 Talis luctator Galeotto uictus Alesus,
 Turpia puluerea signa reliquit humo.
 Matthiæ regi Latia placuere palæstræ,
 Risit Strigonia clarus ab arce pater.
 At te ne pudeat ludi cefisse magistro,
 Improbe. Mercurius noster & ista docet.

CVIDAM ARDVA SVADENTI.

Quæ mihi misisti Clarum redolentia uatem,
 Accepi placido carmina docta sinu:
 In quibus altarum memorans præconia laudum,

Side-

Siderei tollis me super astra poli:
 Ac me sanguineas hortaris dicere pugnas,
 Et tot magnorum splendida gesta ducum.
 Si mihi Pierium præstaret Apollo fauorem,
 Parèrem monitis clare Poeta tuis.
 Sed mihi Castaleum nec spirant pectora nectar,
 Nec sunt Aonio labra rigata lacu.
 Non mihi Pegaseæ ueniunt in carmina uires,
 Ut possim tantos edere uoce uiros.
 Non uerso tantum tenero sub pectore robur:
 Tanta negant humeri pondera ferre mei.
 Post modò maturis fuero cum doctior annis,
 Si potero, monitus fortè subibo tuos.
 Interea fixum teneas sub corde Ioannem,
 Qui canis Andina carmina digna tuba.

CHRISTOPHORO CRISPO.

Scribere Crispe iubes Regis me prælia nostri,
 Nec non magnanimi fortia facta patris.
 Si superent uires, nec desint oria nobis,
 Exequar hortatus forsàn amice tuos.
 At non sunt culicis memorandi uoce leones,
 Nec bene grandifonas eam at auena tubas.
 Tu cui cura minor, simul & facundia maior,
 Cur alijs mandas, quod magis ipse potes?

IANVS PANNONIVS LADISLAO
 Vetesio S. D.

Petis ut te inter meos numerem: Tu uerò istud,
 Plògè antè quàm peteres, impetrastr. Nā ex quo te

Q 4

utri-

utriusq; linguæ Musæ inter suos ascripserunt, iâ ex illo amicus mihi esse cœpisti. Nec refert quòd faciem tuâ ignoro. Virtus & doctrina etiam in absentibus facile cernitur. Iure ego tibi gratias habeo, q̄ me ad mutuâ beneuolentiam ultrò prouocasti: qui si tacuisses, dignus eras prior rogari. Caue ergo exorasse te putes, quod tibi sponte fueram oblaturus, & inuitatum potius te existima, quàm admissum. Vale. Ex Quinqueecclesijs, decimotertio septembris. Anno M C C C C. LXIX.

AD EVNDEM.

TV scribis Graio, scribis sermone Latino:
At tibi nos contra barbara dicta damus.

Tempus erat cum me Musarum plectra tenebant,
Dulcis & Aonio potus ab amne liquor.

Nunc Marti miles, non Phœbo seruiuo uates:
Obstrepat & molli buccina rauca lyra.

OPVSCVLORVM IANI PANNONII
Quinqueecclesiensis Episcopi, finis.

L. C.

BAPTISTA GVARINVS,
Guarini F. ad Ianum Pannonium Quinqueecclesiensem Episcopum.



Non ita muneribus Præsul doctissime
latur,
Iudicio ut clarū me iuuat esse tuo.
Iane pater, cuius meritas percurrere laudes

Non ualet ingenij uena pusilla mei:
Tu Latiae Graiaeq; simul pars optima linguæ:

Te

Te cuncti priscis dicimus esse parem.
Pallada crediderim, Phœbumq; nouemq; sorore s,
Thraciaq; armifero qui terit arua pede,
Ante Iouem taleis quondam fuisse precatus,
Dum caneret uates bella futura Themis,
Contra Thurcarum populos regemq; superbum
Ut te Pontificem secula nostra darent:
Qui seuo regeres hosti contermina regna,
Et forti premeres arma inimica manu:
Facundus Latias posses legatus ad urbes
Dicere pro Christi uerba diserta grege.
Credibile est igitur, patrem mandasse supremum
Ortus Gradiuo Mercurioq; tuos.
Nectare te paruum dulces aluere Camœnae,
Nutricesq; tulit docta Minerua manus.
Firmior hinc ætas magno est commissa Guarino,
Ornandumq; bonis moribus ingenium.
Quippe ubi terra ferax docto cultore mouetur,
Exoritur cumulo fertilior seges.
Nec te pulchra minus Ferraria gaudet alumno,
Quàm læta est ortu Pannonis ora tuo.
Sic te nostra bonum uiderunt tempora quatem,
Qualeis in cœlum sæcla priora ferunt.
Nam seu clarorum scribis connubia regum,
Funera seu ploras, seu fera bella canis,
Seu præceptorem laudat tua Musa Guarinum,
Seu de maternis increpat astra rogis.

Q s

Seu

Seu queritur morbos, celebrat seu numina fontis,
 Seu canit in medio sidera uisa die:
 Altifono quicquid memorandum carmine sumis,
 Noscimus eloquij flumina larga tui.
 Hinc rex Matthias, Turcarum maximus horror,
 Pannoniæ clarum Marte togaq; decus:
 Praside te, regni non parua negocia tractat,
 Siue domi fuerint, siue gerenda foris.
 Hinc te Pannoniæ plebs admiratur, amatq;:
 Nobilium hinc procerum turba uerenda colit.
 Hinc urbs pontificem te Quinqueeclesia capit,
 Hinc gaudet rebus sacra caterua suis.
 Cum te consilio magnis ductoribus æques,
 Et lingua promptus bella manuq; iuues.
 Taleis sancta duces uotis ecclesia poscit,
 Protegat ut miseros debita cura greges.
 Is mihi bellorum damno fuit usus in isto,
 Quòd uultus nostra conspicio urbe tuos.
 Namq; ita gaudentis hilari te uidimus ore,
 Ut solet æthereo plaudere Creta Ioui.
 Ergo minus dono, quàm doni autore mouemur:
 Danis honos precium munere maius habet.
 Cornipede in niueo cum me obuia turba uidebit,
 Dicat delitias pectoris esse tui.
 Verùm opis haud nostræ est dignas pater optime gra.
 Soluere, nec meritis præmia iusta tuis. (tes
 Mens tibi mercedem uirtutis conscia reddat,

Et

Et quæ respiciunt numina sancta pios.
 Illa tibi ad patrios saluum remeare penates,
 . Hosteq; de tumido gaudia longa ferant.

AD IANVM PANNONIVM
 Quinqueeclesiensem Episcopum, Bapti-
 sta Guarinus Guarini F.



Non minus antiquis præsul uenerã-
 de Poëtis,
 Iane decus uitæ præfidiũq; mee,
 Quæ i patrium claris ornas uirtuti-
 bus Istrum,

Doctrina, ingenio, uiribus, eloquio.
 Quando erit illa dies, qua tecum uisere possim
 Littora saxosæ proxima Dalmatiæ?
 Illyricumq; latus, Drauus quas irrigat oras:
 Et glaciem gelidi cernere Danubij?
 Et castella iugis altè constructa niuosis
 Martiaq; argentis mœnia Pannoniæ?
 Durum iter est, fateor, longos perferre labores
 Per pelagus, syluas, flumina, saxa, feras.
 Quæ fera setosis incultisq; horrida barbis,
 Vocibus occurrat dissona turba meis.
 Omnia sed tecum uiuendi optata uoluptas,
 Atq; incredibilis lenia reddet amor.
 Tecum ego non dubitem Syrtes intrare uadosas,
 Et loca quæ nimius torret adusta uapor.

Tecum

Tecum ausim pedibus mediā penetrare Charybdim,
 Cyaneasq; uagas, nauifragosq; canes.
 O' ego ter fœlix, si te monstrante uidebo,
 Quā patet astrictis orbita fluminibus:
 Quā coniuratus deduxerit agmina Dacus,
 Quæ Scythanon stabilis, quæ colit arua Getes.
 Per quos intonsus discurrit Sarmata campos,
 Et quibus angusti sunt sua plaustra lares.
 Quæ uia Riphæos alto sub uertice montes
 Aspicit, Euxini quā fluit unda maris.
 Atq; Tomitana quā sint confinia gentis,
 Nasonis nostri cognita terra malis.
 Discam etiam, Augustus quæ uicerit oppida Cæsar,
 Quæ fuerint Latijs sanguinolenta uiris.
 Feruida Turcarum rabies quas uicerit urbes,
 Quos dederit populos gens truculenta neci.
 Qui desolati seuis populatibus agri,
 Atq; unde ingenti præda sit acta manu.
 Si te fortè pudor tua dicere gesta uetabit,
 Non erit hic magnus noscere cuncta labor.
 Cum ualeant claris dudum uulgata triumphis
 Illa uel ignaui facta referre senes:
 Quàm longas hyemes, & quantos sæpe calores
 Pertuleris duræ tempore militiæ.
 Quæ uallata tuo fuerint, quæ diruta ductu:
 Quæ defensa tuis oppida consilijs.
 Quàm rapido cautum cursu præueneris hostem,

Diffi-

Difficilesq; noua feceris arte uias:
 Vt Maometheæ dederint tibi terga cohortes,
 Non ausæ populū tela uidere tui.
 Agmina quæ Stygio fugientia miseris Orco,
 Aut ferro, aut altis obruta gurgitibus.
 Hæc pro uirgineo gessisti prælia Christo:
 Hoc habuit sanctæ religionis amor.
 Nec minus aspiciam quas præstant ocia sedes,
 Hic ubi stat docti sacra caterua chori:
 Hic ubi uel legitas præscorum carmina uatum,
 Vel noua uenturis scripta legenda canis.
 Tristia Mæonio celebrans nunc prælia uersu,
 Nunc referens claudomitia facta pede,
 Hic ubi Smyrneas solitus percurrere chartas,
 Et gelidis quicquid uallibus Ascra canit.
 Lucida sidereo quæ sint animalia cœlo,
 Quæ uentum aut pluuias præuia signa ferant.
 Quicquid Sicania pastor modulatur auena,
 Quicquid Aristophanes scribit, & Euripides.
 Quid tumido fingit stultæ reus ore senectæ,
 Et quis Olympiacis scandit in astra rotis.
 Et quos errores, acies quas Mamua narrat,
 Et syluis pariter cognita & agricolis.
 In noua quæ fuerint mutata corpora formæ,
 Quos notet in fastis Martia Roma dies.
 Postquam legisti quæ dat præcepta Cupido,
 Discis quæ tanti sit medicina mali.

Gra-

Gramina quæ pandat Macer, & quid Musa Catullis

Quid genio Plautus nobilis & salibus.

Qua Pœnus soccos expresserit arte Menandri,

Quid ludant Elegi turba faceta chori.

Carmina quos celebrent fidibus Venusina canoris,

Qui prima rapiant uellera fulua rate.

Quo sonitu iuuenis ciuilia bella tonarat,

Laudanda iussus seditione mori.

Corduba quid memoret Graios imitata cothurnos,

Qua fera Papinius concinat arma tuba.

Mordacesq; iocos & salsa epigrammata Marci,

Quæ cantet Latius Punica bella senex.

Quicquid Pierides mollis sonuere Canopi:

Quos laniet Satyris Musa Latina suis.

Perspicis illustreis uitas regumq; ducumq;

Quas & Plutarchus tradit, & Aemilius.

Nunc arguta grauis Tranquilli scripta reuoluis,

Nunc auidè primi Cæsaris acta uides.

Lactea quàm currant Patauinis flumina chartis,

Miranda Crispus quàm breuitate iuuet.

Iustinus quanta dulcedine permeet orbem,

Librorum numero par Troge magne tuo.

Et quamcunq; dedit linguis Latialibus artem,

Arpinas cunctis altior ingenijs.

Nec documēta latent quæ rhetor Cātaber, aut quas

Dant Senecæ morum scripta diserta uias.

Non te diuini fugiunt monumenta Platonis,

Aut



PSALMI XC.

VITAE HVMANAE MI-

seriam & fragilitatem depingens:

sauiissima pestilenti lue grassante per

totam Transyluaniam, aliquot pijs

& salutaribus concionibus

explicata.

A

Christanno Schesæo Mediensis

Transyluano.

Job 14. cap.

Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, re-

pletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur &

conteritur, & fugit uelut umbra, & nun-

quam in eodem statu permanet.



VVITEBERGÆ

Clemens Schleich excudebat.

M. D. LXXX.

*Principium operandi est cum
operatur, sedem in homine
est compositionis ubi de illa
est extensa sua cog
A.*

Pr. h. d. minor, auct. Kircheng. Herzgl. z.

*A numero nobis Andrea Malberri
Sentagorensis*



SERENISSIMO
ATQ. INCLYTO PRIN-
CIPi D. CHRISTOPHORO BA-
THOREO VVAYVODÆ TRAN-
sylvaniæ & Siculorum Comiti, nec non
veræ Ecclesiæ Dei fautori, Do-
mino clementissimo.

*Salutem & omnium rerum feli-
cem successum precatur.*



ORTATUR D. PAV-
lus Corinthios ut mortis
Domini memores, ad fi-
nem usq. seculi eam in
Ecclesia annūcient, cre-
braq. huius recordatione
fidem excitent ac confirment, qua huius
& secutura vite arumnas vincant, ac su-
perent. Hoc enim tristissimo spectaculo in
Cruce pendentis & morientis filij Dei, ho-
mines non prorsus debent commonefacti,
non solum ingens ira diuina incendium
aduersus totius mundi scelera agnoscunt,
& Deum offensum vera pœnitentia pla-

Ne lingua accentu, calamo ne dextera peccet.
 Mox argumento formatur epistola ficto:
 Proxima uoluendis annalibus ocia dantur.
 Declamare dehinc, et carmina fingere monstras,
 Dum matura suam facundia crescat in arcem,
 Per certos euecta gradus. nec scripta recenses
 Omnia, sed tantum recipit quae fida uetustas.
 Quod si quem imbutum non pura fruge notasti,
 Agricola ritu filicem prius eruis aruo,
 Semina deinde iacis fructus latura metendos.
 Par morum doctrina tibi. quis Zeno, quis unquam
 Sic potuit Crantor uitij auertere mentes,
 Ac teneram dextro pubem deducere ramo,
 Angustum qua surgit iter? Non cera figuras
 Tam digito subigente trahit, quam mollis ephelus
 Te ducit fingente uirum. nec uerberare toruo
 Aut ferula insanis, sed maiestate potenti
 Tranquillus delicta premis, cessante flagello
 Obiurgata tuis paret lasciuia frenis.
 Nil igitur mirum, si te mercedibus amplis
 Tot sibi certatim populi petiere magistrum.
 Nec uero tu te prius una in sede locasti,
 Quam sparsa innumeras tibi disciplina per oras.
 Sic genitus coelo, Siculae noua semina matris
 Non Pandionij tantummodo condidit aruis,
 Sed procul acrio uectus per inania curru,
 Chaonias late iussit uilescere glandes,

Emeritos

Emeritos donec taciturni conscia sacri
 Orbe peragrato colubros disiunxit Eleusis.
 Tu mare frenanteis Venetos, tu Antenoris alii
 Instituis ciues: tua te Verona legentem,
 Finis et Italia stupuit sublime Tridentum,
 Nec iam flumineum referens Florentia nomen,
 Ac Phoebo quondam, nunc sacra Bononia Marti.
 Tandem mansurum placida statione recepit
 Pacis et aligeri Ferraria mater amaris,
 Qua Padus in geminos iterum se diuidit amnes,
 Luget et ambustum fratrem pia sylua sororum.
 Hic tum Nicoles rerum retinebat habenas,
 Stirpis Aestimae clarum decus. ille uenustis
 Artibus ut natum simul exornaret, et urbem,
 Te Phactontaeos Musis sacrare colonos,
 Te Leonellae uoluit superesse iuuentae.
 Oppida nam fieri Plato sic foelicia dixit,
 Purpura cum sapiat, uel cum sapientia regnet:
 Diuinum hic quiddam tum duxit iure futurum,
 Si rector doctam moderetur doctior aulam.
 Nec frustrata uirum sua spes: uidet ecce suprema
 Aetheris e specula, quod tota mente petebat.
 Nam cultam studijs Leonellus cultior, alma
 Sic in pace regit patriam, sic iure quieto
 Temperat: ut reliquis late cum ferrea uoluat
 Urbibus, huic uni uehat aurea tempore Titan.
 An non Saturni sunt illic secula patris,

B 4 Belle

EPISTOLA

care student, immundiciam suam veris gemitibus deplorantes: Sed etiam immensam & inenarrabilem illius misericordiam intelligunt, tantopere diligētis genus humanum, ut filij sui unigeniti morte redemptum, aeterna vita, & perpetua felicitate frui voluerit. Vnde ad amorem, inuocationem, gratiarum actionem, & veram obedientiam ipsi prestandam, astringuntur. Quae unquam beneficia maiora generi humano exhibere Deus potuisset? suamq; ardentius declarare bonitatem? quam cum pro seruis redimendis Filium suum unigenitum lanterna saeuissimorum obicit hostium? Quae maior unquam & efficacior consolatio animo concipi potest contra sensum peccati & horrores mortis aeternaeq; damnationis, quam ex dilectione ardentissima caelestis patris in filij sui missione declarata? quam Paulus tantopere commendat, ut nihil dicat vspiam, vel in caelo vel in terris, quod nos ab ea separare possit unquam, siue in hac siue in futura vita, Rom. 8.

Atqui

DEDICATORIA.

Atqui cum insignem hanc & illustrem gloriationem fauoris & gratiae diuinae erga pios, maxime obscurare & extenuare, tristissima facies Ecclesia cruci & calamitatibus, multisq; infirmitatibus & scādalis in hac vita exposita & obnoxia, videatur: vix ut ab impijs externo habitu discerni possit: operaprecium facturus videor, si in eadem historia passionis Christi, totius Ecclesiae typum vsq; ad finem mundi luculenter expressum breuiter indicauero, ut ex hac consideratione, sicut Paulus monet, in his postremorum temporum turbis & confusionibus, nos consolemur, erigamus & sustentemus.

Ut enim contra Christum innocentem & omnibus bene cupientem, tota cohors potentum & plebis, Ecclesiastici & politici, status Iudeorum & gentium insurgit, fremit & tumultuatur iuxta secūdi Psalmi vaticinium, & odio doctrinae illius castigantis impietatem illorum, & monstrantis veram salutem, non nisi eius merito et obedientia cuiquam conferri. Ita potior & florentis.

A 3

EPISTOLA

florentissima pars generis humani, prædita potentia, opibus, honoribus, authoritate, & tumidis titulis, quod sint quibus Ecclesie cura præ alijs maxime sit commissa: tam civilis quam politici status, oppugnabit Christum & eius verbum. Sapientes huius mundi stultitiam cum ratione pugnantem verbum Dei esse calumniabuntur. Potentes seditiosam appellabant, ut qua dissidere faciat inuicem reges & subditos filios cum patribus, matres cum filiabus, sicut & Christus ipse dicit: Non veni mittere pacem, sed gladium. Hypocrita omnem diuinitus præceptum cultum aboleri, disciplinam maiorum institutis sanctitatem laxari, ac fenestram multis sceleribus patefieri vociferabuntur. Sicut Prophetis cum regibus Iuda, Christo cum Phariseis, Apostolis cum pseudochristianis idem semper fuit certamen, cum opera ipsorum electitia quantumvis splendida & sumtuosa acriter reprehenderent: nobis idem nunc accidit, dum fidei iustificationem ex consensu uniuersæ Prophetice & Apostolicæ scripturæ, (quem

DEDICATORIA.

(quæ Petrus Act. 10. citat: Huic oēs Prophetæ testimoniū perhibent, accipere remissionem peccatorum in nomine eius, quotquot credunt in eū) docemus, ac reprehendimus omnes humanas traditiones, à quibuscūq; aut quocūq; tempore in Ecclesiam, præter scripturam sensum introductas, nimirum inuocationes sanctorum, beata virginis cultus, vigilias, peregrinationes ad reliquias sanctorum, hypocritica ieiunia, & totum Pharisæismum veterem & recentem. Alij Epicureis similes humili specie offensi, aut cruce hanc professionem sequente, deterriti, contemptui, & ludibrio Christum habebunt, cum mundus suum potissimum questum etiam in religionis causa querat & sectetur.

Sicut discipuli in summis Christi pauperibus & lucta cum morte & toto regno tenebrarum, toties in horto mortem deprecantis, somno victi, non eam attentionem & ardorem ad precandum habent, uti Christus requirebat: Ita securitas postremorum temporum notatur, ubi in salutis ne-

EPISTOLA

gocio, maxima pars etiam eorū, qui membra sunt Ecclesie, segnius & remissius vigilabunt. Atq; ideo sapius opus habebunt hac commonefactione: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.*

Vt Iudas vigilans promptus & expeditus est, ad prodendum & vendendum Christum suum preceptorem, & quidem sub pretextu amicitie osculum illi offerens. Ita Hypocrita postremorum temporum sub larua & specie angelica sanctis monia, spe lucri, honorum, potentie, opum & voluptatum, veritatem Euangelij prodent, & sub agnina pelle lupos rapaces occultabunt, artem parasiticam gnauiter exercentes. Sed Iuda tandem mercedem consequentur.

Vt Pilatus, Caiphas & Herodes aliās inter se disidentes, in hac conspiratione contra Christum consentiunt. Ita complures potentes huius mundi à Turca disidentes, & hac in parte strenuè operas inter se ad veritatem Euangelij delendam & extirpandā, conferent. Videmus enim

non

DEDICATORIA.

non minus persecutionum pijs imminere ab ijs, qui titulo vera Ecclesie gloriantur, quam à Turcis aut alijs barbaris gentibus.

Quemadmodum Pilatus, vt Cesaris benevolentiam retineat, & in officio continueatur, nec vulgo sit despectui, Christum licet innocuum condemnat, et patibulo adiudicat: Ita hac aulica erit prudentia, sese ad nauis latus feliciter inclinare, & pro palato Dominorum suorum miscere iura, & attemperare consilia ad eorum voluntatem, à quibus aliquid commodi habere possunt: licet reclamet conscientia, & perpetua formidanda ipsis sint supplicia, sicut multi hoc tempore faciunt.

Adhuc velut Simon Cyreneus vi adigitur ad ferendam crucem, cum nullo suo merito, ciuilitate loquendo, id fieret. Non enim de villo crimine accusatus nedum cōdemnatus erat: Ita pijs multa aduersa pati cogentur propter Christi confessionem, nō tanquam fures, aut seditiosi, quorum vitam si aliās cum sceleratissimo mundi in-

A 5 genio

EPISTOLA

genio contuleris, quibus ille non parricidius? adulterius? furtis & latrocinis contaminatus est? ut si ad exigendam pœnam Deus acceleret, quæ fulmina? quis infernus sufficeret? Quæ crux eò sit suavior & tolerabilior, quò Christi eam esse, nò nostrã, scimus, ac nos non in ea morituros, sed Christum, qui in ipsa expiauit totius mundi & nostra peccata, qui & in nobis patitur, quoties pro veritate Euangelij persecutionem patimur, sicut inquit: Saule, Saule, quid me persequeris? Itẽ, Qui vos tãgit, tangit pupillam oculi mei. Zach. 2. Est q̃ in summis persecutionibus hoc efficacissimũ solatium, cum benè nobis conscij sumus, immeritò nos odijs & supplicijs grauari & affici, Ac socium ærumnarum habere eum, qui potior est toto regno tenebrarum.

Præterea vestiũ Christi diuisio significat fore raptores & sacrilegos Tyrannos, qui reclusus ad sacri ministerij Euangelici, & honestarum artium ac disciplinarum conseruationẽ & propagationem, piorum
regum

DEDICATORIA.

regũ munificẽtia et liberalitate ordinatos, in prophanos vsus sint conuersuri, ac operam daturi, ut famelicus Lazarus desertus & inedia consumtus, pereat: tantũ abest ut de suis aliquid cõferre & erogare cupiant. Significatur etiam hereticos scripturã falsa & violenta interpretatione, pro suo libitu in hanc vel illam sententiã, detorsuros, ut suorũ errorũ palliũ obtẽdãt, et quoquo modo imperitiet incautus fucũ faciãt.

Maximè verò omnium digna ẽ cõsideratione duorum latronũ exẽplũ, qui cũ Christo suppliciũ patiuntur. Hi totius humani generis imaginẽ referunt. Sinister qui Christo cõuiciatur, & nullis quãtumuis stupẽdis rotius natura cõpatiẽtis Christo prodigijs, nec morte ipsa, nec Christi concionib. nec socij pœnarũ admonitione & reprehensione, ad peccati cognitionẽ, & vita emẽdationẽ, gratiaq̃ Christi implorationẽ, per moueri & flecti potuit: omnium impiorũ est typus, qui in delictis cõtra conscientia perseuerãtes nullis promissionũ delinimentis, nullis etiam cõminationibus, aut pœnis ad
sanio.

EPISTOLA

saniorē mentem, ut resipiscant adducti possunt: sed scientes, videntes, & volentes perseuerant in delictis, & grauissimorum onerum, peccati & calamitatum mole oppressi, Deum maledictis incessunt, et desperatione fracti, horribiliter pereunt. Ac ut in versu dicitur: Vita ipsorum cum gemitu fugit indignata sub umbras. Contra ad dexteram pendens, imago est verorum membrorum Ecclesie: licet is quoque reus esset scelerum, ac eiusdem propterea supplicij socius: tamen vel Christi aliqua antea audita concione, vel totius nature inusitata facie, Christi patientis innocentiam contestantis, motus peccatum suum agnoscit & confitetur, seque merito plecti affirmat, & in supplicio ferendo ostendit patientiam, vera interea fiducia ad Christum supplicij socium confugiens, quem pro suo & totius mundi peccato, velut victimam iram Dei placantem apprehendit, cumque, ceu Mediatorem inuocat, et regem aeternum fatetur, qui post exantlatas huius vite miseras, aeternum possessurus

DEDICATORIA.

rus sit regnum, idque etiam daturus sibi, & omnibus ad ipsum confugientibus. Adhuc fit concionator, enarrans Prophetarum de beneficijs Messiae aeternis vaticinia: Et conuicta aduersarij seria & graui oratione refutat. Ideo post petitionem: Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum, audit hanc consolationem: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in Paradiso. Ex hoc typo perspicuum est impios perseuerantes in peccatis, & beneficia Christi iridentes & repudiantes, aeternis cruciatibus afficiendos esse. Pios vero penitentiam agentes, & ad meritum Christi confugientes aeterna vitae gaudia cum Christo, & omnibus electis Dei, possessuros. Ac ut ut multi futuri sint, partim blasphemi, quales Iudaei, & latro sinister, multi etiam timidiores, quam ut aperte ausint in tanta perturbatione suam edere confessionem, & refutare hostes Christi, quales erant Apostoli, qui vel ipsum negauerant, vel fuga sibi consuluerant, vel alioqui taciturni & tristes spectatores supplicij erant, &

EPISTOLA

animo compatiebantur, velut Maria & Ioannes: tamen omnib. temporibus Deus excitabit suos pracones, qui ipsum lingua, scriptis & quocunq. tandem modo contra omnes tyrannorum & diabolorum furores confitebuntur, eiusq. gloriã propagabunt, & illustrabunt. Quemadmodum omnibus temporibus, ab origine mundi exempla Noë, Lothi, Elie ostendunt. Nec abs re & illud in historia passionis commemoratur, quod matrem suam Christus Ioanni commendat, & Ioannem vicissim matri. Significat enim Ecclesiam opus habere piorum gubernatorum, defensione & nutritione, in maximis persecutionum fluctibus, quorum Eleemosinis sustentetur & alatur, & consolatione docentium verbum Dei, contra omnes terrores & tentationum procellas erigatur & confirmetur. Vbi vicissim piy Ecclesie benefacientes, quibuscunq. tandem officijs possunt, experientur se velut à matre ad amatos, & quasi ubere lactatos atq. alios. Confert enim benedictionem multiplicem ijs regnis,

DEDICATORIA.

gnis, qua hospitium praebent Ecclesie, pacem videlicet, successum in rebus agendis, victoriam contra hostes, & his maiora, agnitionem Dei, remissionem peccatorum, Spiritum sanctum & hereditatem vitae aeternae, iuxta promissionem: Benedicam benedicientibus tibi. Sicut propter Ioseph toti Aegypto benefecit. Et viduae Sareptanae, qua Elia diuerticulum praebuit. Et Iudae dum Christum docentem foueret. Et nostro tempore Germania urbibus opulentissimis, propter Euangelij professionem. Nostra etiam patria nidulo benefacit, qua sedes est vera doctrinae, contra Turcarum immanem crudelitatem ipsam tam diu defendens ac conseruans.

Accedit huc & exemplum duorum illustrium & insignium virorum, qui in hac ipsa historia proponuntur, Iosephi nimirum Arimathiensis & Nicodemii, qui & ipsi non consenserant in necem Christi, licet furores Iudeorum reprimere minime potuerint. Hi etiam aliquid ex suis facultatibus ad cohonestandam

EPISTOLA

dam Christi sepulturam conferunt. Ita & deinceps ad finem vsq; seculi cum Ecclesia Christi agetur, quæ illius mysticum est corpus. Erunt aliquot summa dignitatis viri, qui horum exemplum, & Magorum liberalitatem, Christi cunas muneribus cohonestantium, imitabuntur, & ad Ecclesia & piorum docentium, ac discipulorum cætus alendos, aliquid ex suis opibus conferent, & in vrbes illorum intrare volenti per Euangelij sui predicationem, Portas velut regi gloria patefacturi, & vestes, quemadmodum Ierosolymam eunti in die Palmarum factum est, substraturi. Quales olim fuere, quamuis pauci, aliquot reges Israëlij, Carolus Magnus, Constantinus, & nostro hoc æuo Illustrissimus heros Ioannes Fridericus, Dux Saxonie, Elector.

Postremo sicut Christus perumpit ex mortis & inferni laqueis inuitis omnibus suis hostibus, & in cælum ascendens, æterni regni felicitate perfruitur, ac Spiritum sanctum largitur suis Apostolis, quos linguarum variarum cognitione imbutos, &

miracu-

DEDICATORIA.

miraculorum edendorum dono ornatos, ingentia illa beneficia per totum orbem iubet euulgare, & pœnitentiam agentibus, remissionem peccatorum, & vitam æternam gratis propter nomen eius annunciare, deletis paulò post hostibus, generalis vrbis, populi, & totius politie Iudaica cum perpetuo exterminio, quod 40. post anno acciderat: Ita dominabitur hic Rex æternus in medio inimicorum suorum, etiam in hac vita per verbum, cuius veritas inuicta manebit, & aliquas sinet esse reliquias huius cætus, quos defendet, & ijs hospitium largietur, licet fremat orbis & orcus: quos tandem æternæ vitæ gloria ornabit, abiectis & deletis funditus hostibus Ecclesie, Diabolo, peccato, morte & inferno, cum omnibus Tyrannis, Hypocritis, Hereticis, Epicureis, & alijs Diaboli laruis, & impietatum instrumentis.

Recensui quantum in hac concisa breuitate fieri potuit, præcipua historie puncta Passionis Dominice, qua in Christi exemplo

B emplo

EPISTOLA

emplo totius Ecclesie faciem representant, praesertim horum postremorum temporum: ut pii nec paucitate, nec cruce oppressa, nec deserta, ut putatur, nec scandalis, & multis infirmitatibus deformata, deterreantur, ut castris filij Dei desertus, cum Diabolo & mundo paciscantur: Sed hac imagine adhuc hodie Christi patientis in membris suis, sese consolentur, fore hunc tandem gloriosum exitum militantis Ecclesie, qui fuit Christi triumphantis, & omnium eorum, qui maximo iubilo & tripudio cum eo in caelum visibiliter 40. post resurrectionem illius die ascenderunt, ubi perpetua latitia fruuntur.

Porro ut dicendi finem faciam, has conciones in Psalmum 90. qui Mosi omnium Prophetarum antesignano ascribitur, tibi clementissime Princeps dedicare volui: cum propter argumenti suauitatem, elegantiam, & insignem utilitatem, qua te potissimum delectatum iri confidebam, in tuis illis magnis regni occupationibus,

DEDICATORIA.

& corporis aduersa valetudine, qua curis saepe colluctaris. Proponit enim velut in illustri pictura, totius humani generis calamitates & infinitas miserias, morbos, vite breuitatem, afflictiones animi, metum mortis, & aeternae damnationis: quibus propter peccatum uniuersus mundus constrictus & oppressus tenetur: Deo horribiliter irascente, & redigente in nihilum omnes filios Adae.

Adhaec monstrantur efficacia remedia, videlicet agnitio misericordiae DEI infinitae, per CHRISTVM Mediatorem promissa, omnibus ad se velut arcem munitam confugientibus. Cum is sit aeternus & omnipotens, mortis, morborum, & Diaboli dominus, mitigans paenitentiam agentibus calamitates, sibi que per orbem uniuersum ad extremum usque iudicium, in genere humano populum aliquem per Euangelij predicationem colligens, cui gloriosa & magnifica sua opera etiam in hac vita ostendat, ac tandem aeterna feli-

EPISTOLA

*citare cumulet. Præterea cum Illustrissi-
 ma Cels: vestra serio vera religionis cura
 se affici manifesto nuper exemplo sit con-
 testata, in dissidio Arriano, dum blasphemias
 horrendas in filium Dei, toti nomini
 Christiano inuisas, publica actione Syno-
 dica, cui presens adfuit, convocatis passim
 undiquaque doctissimis & pientissimis vi-
 ris, compefcere, & è medio tollere, ac vul-
 nera Ecclesie sanare, constituerit, Deoque
 propitio non parum profecerit, ac nunc
 etiam Saxonicas Ecclesias in hoc regno
 priscis suis privilegijs liberaliter gaudere
 permittat. Quis non Cels: tuam antiquis
 illis Heroibus annumerandum censeat?
 qui veri nutritij Ecclesie fuisse perhiben-
 tur, ac non omni conatu desudet, ut qua-
 cunque grati animi significatione, immor-
 talia tua merita pijs Deoque accepta esse de-
 clarare contendat? Accipe igitur, cle-
 mentissime Princeps, has lucubrationes
 iucundo & sincero animo, tristissimo pe-
 stis tempore inter medias mortis angu-
 stias publice ad populum habitas, easque ut
 patro-*

DEDICATORIA.

*patrocinijs tuo fulcias ac tuearis humili-
 me & suppliciter I. C. T. obsecro. Quod
 superest clementissimo Deo Cels: T. com-
 mendo, cui in languida ætate tua iam se-
 nescentis Ecclesie vocem, quæ Psalmo 70.
 extat, quotidie occinere, quæ tua est pie-
 tas, non dubito: Ne proicias me in tem-
 pore senectutis meæ, & cum defecerit vir-
 tus seu robur meum, ne derelinquas me.*

Vestra Cels:

humilimè subditus

*Christannus Schesaus,
 Pastor Ecclesie
 Mediensis.*

REVERENDO
ET CLARISS: VIRO D.
M. CHRISTANNO SCHEſÆO
Ecclesiae Mediensis in Transylvania Pastori,
domino, amico, & fratri suo honorans
do, Nicolaus Selneckerus Pa-
stor Lipsensis.

LITERAE TVAE
mibi, Schesæe vir Re-
uerende, gratissimæ
fuerunt, cum quòd me-
moriam te retinere co-
gnouerim scholasticarum mearum ope-
rarum, quibus olim iuuentuti studiosæ
Witebergæ inseruire conatus fui, tū
quòd tibi non displicere meos quales-
cunq; labores (at certè labores) anim-
aduerterim. Est, quod scribis, paucos
esse commilitones in acie. Non habe-
mus vel Lutheros vel Philippos. Filius
Dei reliquias regat & tegat. Omnia
degene-

EPIST: NIC: SELNEC:
degenerant. Consolatur autem me ex-
plicatio tua pia & erudita Psalmi no-
uagesimi, pro quo tibi ex animo gra-
tias ago, eamq; Ecclesiae Christi publi-
cè communicandam esse omnino iudico,
præsertim cum exempla pœnarum,
quinq; sex, & septem literarum (vt
Græci de fame, peste, & bello loquun-
tur) contineat multa, & omnes &
singulos ad pœnitentiã hortetur. Quod
tu me mones, vt pergam in meis opellis,
id te moneo, carissime Schesæe, vt per-
gas contra Diabolum, Antitrinitarios,
Epicuræos, & similes ex fauis tuis pe-
ctore Christiano dignissimis, tam iu-
cundum mel doctrinæ & consolationis
plenum, quale est hoc ipsum tutum, de-
promere. Me Aristarchum quod eli-
gis, tribuo tuæ pietati, & erga me be-
neuolentiæ. Licet autem remotissimi
B 4 simus,

Bella ubi nulla fremunt, nisi quæ descripta leguntur?
 Semper ubi letas populo plaudente choreas
 Intus festa sonant, & picta palatia surgunt,
 Arua foris grauido locupletat copia cornu:
 < Fortunati ambo: plebs præside, plebe tyrannus:
 Ambobus sed tu tantorum causa bonorum.
 Per te belligeris prælatus fratribus alto
 Ille sedet solio: monitis & se inde fatetur
 Profecisse tuis, quòd te complectitur omni
 Parte sui, & seris mandare nepotibus optat.
 Nec secreta tibi larium negat ulla suorum,
 Formandam pariter credens cum coniuge prolem.
 Per te, Mars alias lituis dum perstrepat oras,
 Sola uacat cytharis Ferraria, sola triumphat,
 Principibus fœcunda pijs, fœcunda disertis
 Ciuibus, & pariter cunctis habitata Camœnis.
 Nec solas, quas ipse doces, hic cernimus artes:
 Adsunt & reliquæ, sed tu dux omnibus illis.
 Tot siquidem medici, gemino tot iure periti,
 Tot triplicem amplexi sophiam te propter in istum
 Confluxere locum: tu si uada Syrtis iniquæ
 Incoluisse uelis, Scythicòue in uertice sidas,
 Si uaga Sarmaticis figas tentoria campis,
 Aut in Getulis habites magalibus: illic
 Gymnasium fiet, studia illuc cuncta meabunt.
 Verius ergo potes dici tu conditor huius,
 Quàm qui cornigeram iungens cum mare iuuentã

Primus

Primus ei ducto sanxit pomœria sulco,
 Transtulit & curuum portam dum signat aratrum.
 Scilicet est maius fragileis attollere pinnas,
 Aggeribus fossas præcingere, turribus arces:
 Quàm populo syluis excito, ac uallibus imis,
 Ingenuas arteis, & uitæ inducere cultum.
 Quin & structorum celebravit nomine taleis
 Fama prior: per quos uaga turba coiuit in unum
 Corpus, & insulsum genes posuere rigorem.
 Nec secus Amphion Tyrios me iudice maros,
 Cynthius erexit Phrygios, dum pectine dulci
 Attractas cogunt in moenia crescere petras.
 Vox Chelys illa fuit, duri saxa illa coloni.
 Hoc Guarine tibi nuper Ferraria pacto
 Fundata est, talem tua quam præsentia fecit:
 Ut iam nunc ueteri tam sit diuersa iuuentæ,
 Plena senescenti quàm distat Cynthia Luna.
 Ante rudis rerum, nunc ipsis æmula Athenis:
 Nulli nota prius, totum nunc clara per orbem:
 Incelebris quondam, magni nunc hospita mundi.
 Nam te audituri terrarum ex omnibus oris
 Huc coiere uiri. tua nec te Oenotria tantum
 Miratur: mouere tuæ præconia fame
 Hos etiã. Musas qui condemnare solebant.
 Ad te permenso descendit Dalmata Ponto:
 Ad te Creta Rhodos properauit, et ultima Cypros:
 Sole Rhodos, Ioue Creta, Cypros Cythereide felix.

B s Pro

EPIST: NIC: SELNEC:

simus, tamē polliceor tibi meam fidem,
& animi constantiam. Nondum etiam
planè constitui, me non aliquando te da-
ta occasione visurum esse. Quod Inchy-
tum Principem D. Christophorum Ba-
thorem Vayuuodum Transyluanie
&c. elegisti Patronum, fecisti rectis-
simè. Filius Dei sub alis huius Coronæ
coronet suam Ecclesiam. Bene & feli-
citer in Christo vale, & pro me valetu-
dinario ora. Pro monetis cogitabo quid
compensatione iusta vicissim mittere
possim. Iterū vale. Lipsiæ X. Nouemb.

CIO IO LXXIX.

1. 2. 3. 6.

PRIMA CONCIO.



Anta est vite humana mise-
ria et fugacitas, ut si spe æternæ bea-
titudinis & immortalitatis conse-
quendæ destitucremur, meritò atq;
optimo iure, illud Sileni Poëtæ di-
ctum, ceu uero similimum approbaremus: Optimum
non nasci, aut quàm celerrimè aboleri. Videmus
enim cunctos ferè mortales, à primordio ortus sui,
ad ultimum usq; uitæ occasum, innumeris periculis,
& calamitatum procellis expositos, labore continuo
confici, & dolore consumi. Vt priuatas singulorum
ærumnas taceam, morbos, paupertatem, exilia, con-
tentum, ignominiam, odia, persecutiones, & simi-
les molestias, quas subinde experiri & ferre cogun-
tur: Publica profectò uulnera maiora sunt & atro-
ciora, quàm ut satis intelligi, aut ullis querelis & la-
mentis à quoquam in tanta securitate, & humana-
rum mentium stupore, commemorari & deplorari
possint. Conspiciuntur omnibus mundi etatibus
nunc hic, nunc alibi in genere humano, horribilium
poenarum exempla, ubi fame, bello, uarijs morbo-
rum generibus, incendijs, seditionibus, potentissimæ
urbes, amplissimæq; interdum regna cum innume-
ris gentibus pereunt, ac funditus delentur. Ante an-

B 5

nos

Pro te Sequanicos Galli spreuere magistros.
 Germani argutam pro te liquere Viennam.
 Venit & Herculeis uicina Hispania metis.
 Axe sub Arctoo positi uenere Poloni.
 Venerunt alio uolitantes orbe Britanni.
 Me simul hos inter, fatis & sorte deorum
 Pannoniæ tellus tenero tibi misit in æuo,
 Quæ mox Danubio mixturus nomen & undas
 Pinguia culta secat leni iam gurgite Drauus.
 Vrbs siquidem quem tota colit, fatis esse beatus
 Creditur, & tumida resupinus laude superbit.
 Ludi turba tui est, quicquid iacet inter Hiberum
 Ac Tanaim: quantum discedunt Cydnus & Albis.
 Qualiter in medijs reddens oracula Delphis,
 Gemibus à cunctis acceditur augur Apollo.
 Hunc Notus, & Boreas, nec non occasus & ortus
 Consulit in dubijs, & rerum abscondita discit:
 Quis bello paciue modus: prudentia cuius
 Prima uiri: miseros quis foelicissimus inter
 Mortaleis: quæ longarum fortuna uiarum.
 Ille licet cæcis penitus demersus in antris,
 Tempora cuncta tamen momento cernit in uno.
 Voluere nec Parca, populiue inquirere tantum
 Sufficiunt, quantum solus ualet edere Pæan.
 Sic ad te toto certatim ex orbe profecti,
 Agresteis animos, & barbarâ corda reponunt.
 Nec tuus asiduo fons unquam deficit haustu,

Purior

Purior & maior sed in omnia pectora manat.
 Ut Pharon immenso foecundat flumine Nilus:
 Magnus ut Euphrates Chaldaeos irrigat agros:
 Gurgite nec tantum collectus laberis uno,
 Sed uelut innumero prorumpens ore Timaus
 Multiplices aperis riuos: scatet ille Latinis
 Artibus, hic Graijs: bibit hinc prouectior ætas,
 Inde minor: prima seu quis maduiffe Mimerua,
 Rhetorico potius cupiat seu nectare tingi,
 Seu uelit annaleis, seu dia poemata uatum.
 Quos tu non trito uulgi de more retexis,
 Plana & aperta sequens: ceu qui uaga retia summis
 Ducit aquis, fundo nec prædam quærit in imo:
 Grandia sed paruis, sublimibus infima miscens,
 Nil indiscussum penitus, dubiumue relinquis:
 Syllaba uel nullum ut tenuis, uel littera fallat.
 Qui structure ordo, quæ sit sententia uocum,
 Quæ nota uerborum seruata fidelibus annis,
 Quodlibet à qua nam decurrat origine nomen:
 Quid distent, unum quæ significare uidemur:
 Qui stilus aut numeri species: quis carminis author,
 Argumenta quibus ueniant è sedibus, & quos
 Excuset ratio, commendet forma colores:
 Narrandi quæ lex potior: quòd saepe per artem
 In medio soleant prima & postrema locari.
 Nec se principijs moueat tractatus, & imos
 Desinat in fines: sed gratius ordine uerso

Ultima

Ultima praeueniat, longè prius acta referuet.
 Tunc tamen exuperas, cum rerū abstrusa recludis:
 Cum ueterum sectas inter figmenta latentes
 Producis: nec te solertior edere quisquam,
 Mystica secreto quid celet fabula sensu.
 Quod uastum sine lege chaos: quæ bella gigantum:
 Qui Pyrrhæ lapides, Phaetonte iue calores.
 Quas Progne plumas, quæ cornua sumpserit Io:
 Dædalus arma quibus Minoia fugerit alis:
 Quæ uis reppulerit solem: quo robore coelum
 Fulciat altus Atlas: quod uirus Gorgonos atræ.
 Quid facies, habitusue uocent, & sacra deorum.
 Nempe etiam quoties diuinam Aeneida uersas,
 Haud frustra Aeolio uentos in carcere ponis:
 Ter quater & dictos ostendis iure beatos.
 Quid supplex Erycina patri, mutatæue diuæ
 Effigies, uel nube caua contactus Achates:
 Illa tot in primis stabulantia faucibus Orci
 Quid sibi mōstra uelint: quæ tres ex ordine Parca,
 Quæ totidem Furia: quod rami diuitis aurum:
 Quam pulchrum occulta cōdant sub imagine uerū,
 Trux auis, unda fugax, uolucris rota, pēdula moles,
 Ac reditura silex, & futilis urna sororum:
 Quæ rabidi tria colla canis, quæ cruda senectus
 Remigis, Elysia quæ pigra obliuio Lethes:
 Cur nouies fusam metuant Styga fallere diui:
 Coccythus lachrymis, Phlegeton cur igne redundet:

Per

Per geminas diuersa uolent cur somnia portas.
 Nec Smyrnaea minus belle penetralia pandis:
 Qua tenuit Syren, qua ui Titanida uertit,
 Qui Veneris cestos, triplicis quæ flamma Chimera,
 Quid Iouis adiutor Briareus, deiectus ab alto
 Mulciber, inclusus cauea grandæuus athena,
 Aethiopum mense, cum coniuge Tethyos iræ,
 Aurea quid signet pendens ex æthere funis.
 Talia dictantem pronis te aurita iuuentus
 Sensibus attendit. Sic cum Lesbous Arion
 Dorsare curua premens medijs tinniret in undis
 Dulce melos, toto cantu commota profundo
 Monstra maris, seuos damnarunt mitia nautas:
 Sternuntur fluctus, rupto caput excita somno
 Phoca leuat, nec tarda ducem balena moratur,
 Raucum Nereides rident Tritona proteruæ,
 Non Acim Galathæa gemit, non mater Achillem,
 Nec pius Inoæ meminit Melicerta ruinae:
 Non centum saltare uetant Aegæona nodi,
 Fatidicus Protheus stat motu immobilis uno.
 Nec mutasse uelit mutantia gramina Glaucus:
 Iam silet, Isthmiacis siccant iam solibus udos
 Ille sinus, & adhuc feruent freta lata choreis.
 Ipse dies pulchro distinguitur orbe laborum:
 Manè salutatis petitur schola publica diuis,
 Socratis antiquo nil concessura Lyceo:
 Tot iuuenum clara fulget stipata caterua.

Vergi-

Catena
IouisDifant
Scho

Vergilius primum legitur, uel proximus illi
 Quilibet: hunc sequitur qui contudit arma togatus,
 Aut implere uicem Ciceronis idoneus alter.
 Exim uicinam conscendis principis aulam:
 Hic te Nicoleos audit Leonellia proles,
 Ac morum simul, & studiorum insignia sumit.

Talis Aristoteles rerum secreta docebat
 Pelleum iuuenem, quibus ille accensus in omneis
 Extendit terras animos: nec digna magistrum
 Destituit merces. nam compensante Philippo,
 Instaurata manet precium Stagira laboris.
 Post reditum prandere datur, gula dicere possit
 Quod modicum, natura satis. post prandia rursus
 Lectio codicibus miscetur Graia Latinis.
 Ac uariè sub te certantur iudice lites,
 Donec in occiduum declinet Cynthius axem.
 Hæc inter, cunctis latè tua ianua, tota
 Luce patet: notæ deseruit uespera turbæ,
 Quam tecum domus una tenet. non temporis illie
 Incassum momenta uolant: sæpe exule somno,
 Ad pingueis longa uigilamus nocte lucernas,
 Aethereis nostros astris uincentibus ignes.
 Agmine tu medio sublimis, uel noua dictas,
 Vel dictata iteras non intellecta, paratus
 Quæsi decies anigmata soluere nodi.
 Sed minus est, cultas abs te quòd discimus artes:
 Plus, quòd uirtutes. procul hinc male suada libido,

Impro-

Improba rixa procul. sic te sub præside cuncti
 Degimus, ædituos templis ut degere phas est.
 Tanta quies animis, ea casti cura pudoris.
 Vidi ego non unum, quem perditus antè ferebat
 Transuersum luxus: postquam iua limina dextris
 Contigit auspicijs, mores posuisse sinistros:
 Ut quondam audito Polemona Xenocrate dicunt,
 Corruptum subito uitæ mutasse tenorem.

Scilicet à fructu foelix agnoscitur arbor:
 Læta probat messis, quàm pingui creuerit aruo:
 Haud aliter, qualis tua sit doctrina, patescit
 Discipulis Guarine tuis. non Daunia tantos
 Olim terra uiros, nec diues Ionia fudit,
 Sycana Cyrene, uel Nilo interflua tellus:
 Quantos tu latum sparsisti solus in orbem.
 Inde duplex Venetæ processit gloria gentis,
 Barbarus, & plectro celebrer Leonardus eburno:
 Inde Iouis genitus de stirpe Georgius alti,
 Creteæ simili pauit quem lacte sub Ida
 Digna polo nutrix: & apes non rauca secutæ
 Cymbala, purpureis mel congefere labellis:
 Hinc ueterum nulli cedens Castellus auorum
 Martius, & Latie nunc iam lux altera lingue
 Martius, undisono quem Narnia monte creauit,
 Martius æternum Iani sub pectore nomen.
 Hinc Aganippæo Tobias fonte rigatus,
 Sed Titus hac ipsa longè perfusior unda:

Sen

Seu lituo pugnas, cythara seu cantet amores,
 Intexens Paphiæ laurum Parnasida myrto:
 Clarus & historia Satius: nec dignus iniquis
 Iam Petrus podagris, & acerbo Lamola leto.
 Multi præterea: quorum si nomina quæram,
 Promptius enumerem ueris tibi gramina, foetus
 Autumni, brumæ nimbos, æstatis aristas:
 Astra quot in cælo, pelagi quot in æquore conchæ.
 Quos inter nec me uenientia sæcla tacebunt.
 Primus ego Eridani patrium de gurgite ad Histriū
 Mnemosidas Phœbo ducam comitante sorores:
 Primus ego Nisæ referam tibi Draue corymbos,
 Ac uiridi in ripa centum sublime columnis
 Constituam templum: media Guarine sedebis
 Aureus in camera, picto super Iridis arcu,
 Insistens Lunæ, radijs & Solis amictus.
 Ut nec Phidiacum miretur Pisa tonantem,
 Nec Rhodos immani surgentem mole colosson.
 Stabunt & uiuis spirantia signa figuris:
 Ideam assimilans coniux Thaddæa parentem,
 Bissenæ iuxta facies, tua sancta propago:
 Coelicolum totidem uultus imitata serenos.
 Omnis & Europæ sacris operata iuuentus
 Suspendet tibi dona tholo: certabit & omnis
 Non cestu crudo pubes, nitidaue palastra,
 Sed fidibus tentis, & suaue crepantibus hymnis:
 Victores apio crimem cingentur amaro.

Ipse

Ipse coronatus uittis, & fulgidus ostro,
 Inter psallentes candenti in ueste ministros,
 Pontificis ritu fumos adolebo Sabæos.
 Interea has teneræ tibi me sacrare iuuentæ
 Primitias, triplici iubet hærens Gratia nexu,
 Gratia Lethæos nunquam potura liquores.
 Tempus erit, cum iam maturis uiribus audax,
 Sanguineas acies, & Martia bella tonabo
 Ioannis magni, quantis modò cædibus acres
 Turcarum obruerit populos, quibus ille profundas
 Aequarit ualles tumulis, stet sæpe cruentus
 Hebrus, & albentes etiam nunc osibus agri
 Pæoniæ, ac medijs Rhodope calcata pruinis.
 Nunc te, qua possim, tenui modulabor auena.
 Ocia fortè tibi si quando parua legendi,
 Festæue lux, anniue quies consueta remisit,
 Cætera cum solos discurret turba per agros
 Messe perusta genas, pressisue immunda racemis.
 Tu condis, transfersue aliquid, quod profit in usus
 Communes, & te memori procul inserat æuo.
 Aut uernum ad solem cum garrit aprica senectus,
 Vel medijs brumæ tenebris, cancriue diebus,
 Cum stertunt reliqui: cella tu clausus in alta
 Abrodis digitos, pluteum uel cædis, & atro
 Paulatim niueam signas humore papyrum.
 Vnde licet tanto curarum pondere pressus,
 Plura secuturis animi monimenta dedisti,

C

Quam

Humides

NB

Quam qui secreta uacui spaciantur in umbra:
 Illa docent structis adnectere nomina uerbis,
 Hæc uocum explanant proprias ex ordine uires.
 Iungis ad hæc magni fuerit quæ uita Platonis,
 Blandus adulator rigido quid distet amico.
 Missa nec in leuibus uenatur epistola nugis,
 Sed semper studijs aliquid, uel amoribus affert.
 Hæc etiam posim multorum æquare libellis,
 Quæ seris in cathedra, uel si qua ex tēpore profersis
 Sin meditata sonas, funduntur pectore ab uno
 Isocratis numeri, Xenophontis gratia, torrens
 Isæi, cultus Lysæi, Demosthenis ardor.
 Qualem te ingenuas laudantem audiuimus artes,
 Cum pridem Octobres studiorum exordia nobis
 Restituere Idus, & misso in dolia musto
 Garrula solliciti rediere ad scamna comati.
 Quis tunc Musarum sacris non ignibus arsit?
 Quem tuus Aonio non impulit Eubius æstro?
 Aut qualem rapti nuper te in funere diro
 Principis orantem tristis Ferraria sensit.
 Tempore non homines tantummodò luximus illo,
 Mite genus: planxere feræ, planxere uolucres:
 Mæsta comas nullis excussit flatibus arbor:
 Mæsta cauis genuit plorabile rupibus echo:
 Ipsa dolor tetigit cœlestia: fletibus auctum
 Vix ripæ tenuere Padum, nec largius unquam
 Gemmea populei lachrymarunt succina trunci:

Orphea

Orphea ab Elysijs remeasse elementa putabant
 Vallibus, & nuptæ mortem deslere secundam.
 Inachia uerò tibi tanta peritia linguæ,
 Ut sacer haud alio traduci interprete malit
 Plutarchus, chartis nec plus se agnoscat in ullis
 Ambiguus, patriò ne magis sermone nitescat,
 Siue rudimentis puerileis instruit annos,
 Siue alterna ducum committit facta priorum.
 Iste tamen iuueni dederat præludia quondam:
 Maiorem natu, magnus nunc Strabo fatigat
 Pontificis summi iussu: quæ gaudia pubis
 Fieria, cum iam supremum rarus ad unguem
 Cedron olens, minio rutilans, & pumice lauis,
 Seruantis tandem loculos euaserit arcæ?
 Fœlices annos, fœlicia nostra profectò
 Tempora: queis tantum duce te cognoscere primis
 Auctorem licuit, quo non diffusius alter
 Explicat, inclusum Neptunus ut ambiat orbem,
 Quo de fonte ruant medias dirimentia terras
 Aequora, uicinis quæ nam discrimina regnis:
 Qui passim populi, syluæ, iuga, flumina, portus,
 Oppida, quo quæuis fluitet circumsona ponto
 Insula: distantum quæ sit mensura locorum.
 O qui nosse cupis, quicquid de Tethyos undis
 Eminet, Alcides quantum, uel Liber obiuit,
 Hoc lege creber opus, brumaleis hæc tibi somnos
 Contrahat, & multum membrana absumat oliuum.

C 2

Quod

Quod si Cecropijs non summus in artibus esses,
 Primus eras: reliqui uel te didicere magistro,
 Aut in discendo tua sunt exempla secuti.
 Præcepta & multis tribuisti, exordia cunctis.
 Nec quisquam norat Cadmæa elementa Latinus
 Ante tuum in Thracas foelix iter. at modò nemo
 Iam Sicyona petat, fabricatricem ue Corinthum:
 En habet in medijs illud quod quærit Hetruscis
 Italia. ut per te maior sit Græcia rursus,
 Ac redocere rudeis sua dogmata possit Achiuos.
 Ergo quæ reliquis contingunt singula, solus
 Iuncta tenes, & plena datur tibi summa bonorum.

Sunt qui scripta animo penetrant aliena sagaci,
 Ipsi nulla queunt inopi deducere uena.
 In latebris aliqui non sanè uilia cadunt,
 Sed coram densis nil hiscere cœtibus audent.
 His Latia claris lingua, deest Graia: facultas
 Vel si forsàn adest, non sic ut uertere possint.
 In te concurrunt simul omnia, nec prior ullus
 Autorum arcanas penitus deprendere menteis,
 Reddere Rhomana Danaûm grauitate lepôrem:
 Dicere uel nexa pedibus, uel uoce soluta.
 Quæ duo uix unquam tribuit Caducifer uni.
 Vatibus & cum sit uel simplicis ardua metri
 Gloria, tu pariter quæuis in carmina promptus,
 Nunc grauis Heroo graderis, modò curris Iambo.
 Nunc tristeis Elegos, modò leta Anapestica ludis,
 Qui

Quidam nil alijs tradunt, cum plurima norint:
 Seu liuore aliquo, seu quæ sit norma docendi.
 Ignorant fugiunt seu tædia dura laborum.
 Hæc tua præcipuè laus est: quippe haud tibi credis
 Te soli genitum, sed toti protinus orbi.
 Viuentis hinc ore mones, per scripta futuros:
 Ut iam uni triplex æquè tibi debeat ætas:
 Præterita, extinctos ueterum quòd reddis honores:
 Postera, quòd calamo: præsens, quòd uoce laboras.
 Pro quibus officijs doctorum iure uirorum
 Te chorus omnis amat, reueretur, laudibus ornat.
 Tu pater & princeps, tu censor & arbiter illis.
 Si quando dubijs discors sententia pugnat
 Iudicijs: fastu nec sic tumet ullus inani,
 Ut non esse tibi se prædicet ipse secundum.
 Tres te Arretini, Lusci duo, Poggius unà
 Suspiciunt pariter: quamuis laudatus ab illo
 Scipio, Casareis te uindice cesserit actis.
 Te Victorinus ueneratur, & ipse Philelphus,
 Sfortia qui laxis cecinit modò prælia neruis:
 Rupibus & sparsos decorans Vergerius istros.
 Te placidi uates Clarium ceu numen adorant.
 Te colit, & tantis è milibus approbat unum,
 Nec tua dicta unquam stellis, uerubusue notauit,
 Corrector ueterum, contemptor Valla nouorum.
 Me tamè haudquaquã tua tam facundia præstans,
 Quàm perfecta mouet uirtus: & desino linguam

Mirari nimium, quoties considero uitam.
 Eximium quamuis, adeò sanctissima uincit
 Eloquium probitas, & cedunt moribus artes.
 At bona pars uitij animi, decus oris opimi
 Inquinat: & quanto doctrinæ luce refulget,
 Tantum criminibus sordet polluta nephandis.

Prima tibi est semper magnorum cura deorum,
 Quos te præ cunctis mortalibus unice amanteis
 Aequali pietate colis: mox ipse colendus,
 Proximè post superos hominum, quos rite sermo
 Aeuum agitare uetas, quos ore & corde politos
 Ac uerè facis esse homines: quin morte subacta
 Vincere fata doces, & iter super æthera monstras.
 Nec te unquam trepide rapuit ruber impetus iræ,
 Quin etiam dentes passus liuoris iniqui,
 Carpentum nunquam potuisti carpere mores,
 Nec tua in alterius ualuit facundia famam:
 Ausonijs hodie uitium commune disertis.
 Sed semper facies hilaris tibi, mixta lepori
 Semper inest grauitas, ac mitis ruga seueræ
 Frontis, & in leto non dura modestia uultu,
 Inter discipulos, & charos inter amicos
 Iucundi sine felle sales, & melle faceto
 Conditi: nec rus sapiunt tua dicta, sed urbem,
 Qualia Cecropijs olim sonuere theatris.
 Que doctus magni præferret Tyro patroni
 Lusibus, & prompti mallent struxisse Lacones.

Haud

Haud tamen idcirco tibi disciplina tuorum
 Laxior, horrescit rigidos domus intima frenos.
 Ac famuli dominum, nati nouere parentem.
 Quos tu temperie tali moderaris, ut illos
 Non premat asperitas, non indulgentia soluat.
 Hinc animis uigor & probitas, hinc pectora sacris
 Culta Deo studijs: & ne morer, omnia patris:
 Sed longè ante alios minimus de stirpe uirili
 Eminent, & fratres tantum Baptista uerendos
 Anteuent, quantum reliquis intermicat astris
 Sirius, aut uersans plaustrum glaciale Bootes.
 Iam cathedram doctor, iam scādere pulpita Rhetor
 Audet, & intentas fando suspendere menteis.
 Plausibus exultant ædes, aut templa deorum,
 Dum fauet, & iuuenem laudatrix concio flammæ:
 At tibi prædulces rumpunt pia gaudia fletus.

Non secus ad patrium carmen gentile Caystrū,
 Cum tener edidicit defecti pullus oloris,
 Tentat & ipse modos: nec iam genitore canoro
 Deteriora crepat: tum protinus agmine denso
 Mirantum septus uolucrum candentibus alis
 Tollitur, & dominum querit super æthera Phœbū:
 Ille uolat, pulse resonant modulamine nubes.

Sed nec munificum quisquam neget esse, quod am
 Haud dispergis opes, cōtenius & ipse pusillo. (plas
 Quod non ulla tuo fremitant spectacula sumptu:
 Nec Pharon: imminuunt tactura sidera moles:

C 4

Quod

Quòd tua plaudentem non pascunt horrea vulgū:
 Nec populare placet rapiendos mittere nummos:
 Non ideo non tu longè diffusior illis,
 Quos tam uana iuuant. donis meliora caducis
 Te tribuente tui carpunt Guarine clientes,
 Quæ saturent auidas indeficientia menteis,
 Nec senio ualeant aboleri, aut fulmine frangi,
 Ad furum secura dolos, & tela latronum.
 Hæc tu dispensas, hæc tu partiris in omneis,
 Tam iusta trutina, nulli ut sua portio desit,
 Sed referat quiuis quantum capit arca cerebri:
 Tam tenui precio, nemo ut non soluere possit.
 Multi quippe tibi nulla mercede docentur,
 Omnes exigua. quanquam quæ digna Camœnis
 Pensio? quis totū uirtuti æquauerit aurū, (rit Astur?
 Quod Scythæ, quod Bessus, quod Arabs, quod cōge
 Quid memorem parca frugalia sercula mensæ?
 Ingenium simul & neruos ledentia puris
 Vim a domas lymphis: ac sola more uetusto
 Contentus cœna, uix unquam prandia nosti.
 Quæ tibi sobrietas hos planè contulit annos,
 Ut iam bis decimi tangens confinia lustris,
 Non pede, non oculo, non sensu debilis ullo,
 Purpureum clara serues cum uoce colorem.
 Viue precor, quantum non ipse Gerenius heros,
 Quantum nō Phœbi uolucris rediuiua, nec hausto
 Puluere mensa suam uirgo Cumæa senectam.

Vel

Vel potius, grauior quoties accesserit ætas,
 Vernantem primo reddat tibi flore iuuentam
 Diua ministratrix æterni nectaris Hebe.
 Nec te præ nostro capiat pater inclyte mundo
 Elysiūm uel nemus, uel cœli tertius orbis,
 Quæ rarus uisu Cyllenes errat alumnus:
 Sed sis perpetuus studiorum præsul, & istis
 Mersarum in tenebris animarum publica lampas.
 Dum seruant elementa fidem, dum sidera currunt,
 Hæc studia, hic unus uitæ tibi cursus in annos:
 Hæc clara humanū merita in genus: inde per orbē
 Victurum, mundi dum stabit machina, nomen.
 Salue magne parens, cunctis decus addite sæclis,
 Optime doctorum, doctissime salue bonorum.
 Salue instaurator Latiae, reuocator Achiae
 Pallados: ipsa tuis titulis Euandria mater
 Cesserit, Arcadio uates afflata Lyceo.
 Illa bis octonas Latio intulit hospita formas,
 Quas quondam Tyrius Graijs monstrauerat exul:
 Tu quicquid ueterum dederat solertia patrum,
 Reddis, & in lucem longa è caligine promis.
 Qui nisi prostratas releuasses funditus artes,
 Priscorum uanus staret labor. alta Quirinus
 Fundauit Romæ, reparauit regna Camillus:
 Sed tantum ambobus maior tua gloria, quantum
 Cedunt arma togæ, concedit laurea lingue.
 Nec quenquam proferre potest spaciota uetustas,

C 5

Qui

Qui plus præstiterit populis. Tirynthius heros
 Pestiferis terras purgabat & æquora monstris:
 Ille & nigrantis custodem cerberon Orci,
 Ter gemina totidem religatum colla cathena
 Ostendit uiuis, & sidera ferre coegit.
 Per te Barbaries, qua nullum tartara monstrum
 Tetrius ima ferunt, supera de sede fugatur
 Eminus, & Stygias iterum genit acta sub umbras.
 Immensus nil sole gerit præstantius orbis,
 Sol iouis est oculus, mens mundi, lucis origo,
 Rerum temperies, cor cœli, spiritus æthrae,
 Astrorum dominus, mens orre uolubilis æui,
 Sensilium sensus, uiuentum uita, propago
 Nascentum, largitor opum, largitor honorum,
 Telluris pariter coniunx fecundus & unda,
 Fatorum rector, deus idem summus, & omnis.
 Phryx licet hūc Atym, Phœnix hūc dicat Adonim,
 Hinc Persis Mytram, Pharos inde Scrapin adoret,
 Pana colat Tegee, Memphis deploret Obyrim:
 Verum Pæonia quamuis leuet arte dolores,
 Quamuis ille suis illuminet omnia flammis:
 Sæpe tamen tristi feralia tela sinistra
 Iactat, & obtenta radios abscondit in umbras:
 Sæpius hyberno declius frigore torpet,
 Semper & obscure iussus decedere nocti,
 Inuidet alternam superis fulgere sororem.
 At tua lux animos, non segnia corpora lustrat:

Nec

Nec scit defectum, nec tempore languet in ullo,
 Noctibus, & roseis simul irrestincta diebus:
 Curat & assidue, quos fert inscitia morbos.

Haud igitur sine mente quidē, sine numine diuūm,
 Crediderim talem, te nostra in secula natum.
 Nam tua Lucina cum iam pia uota potenti
 Conciperet genitrix, & plenis mensibus infans
 Viscera maturo premeres genitalia partu:
 Orbe procul medio qua Pegasis unguia sacras
 Fodit aquas, geminis & cornibus athera rumpit
 Deucalionis Parnasus inobrutus undis,
 Mœstior ad mœstas Clio sic orsa sorores.

Cum bene germana uariantia supputo mecum
 Tempora, uicinus cineri nimis esse supremo
 Mundus, & à ferro iam degenerare uidetur.
 Nam licet in chalybem defluxerit aurea quondam
 Vita patrum, tamen egregios uel pace, uel armis,
 Omnibus in terris latè generabat alumnos.
 Haudquaquam nunc uis eadem mortalibus ægris,
 Improcera ferunt hebetis sed corpora sensus:
 Nec longum numeri fatalis uincula durant.
 Interea prauis moribus, peruersa uoluntas
 Segnibus ingenijs, & in actus prona nefandos
 Spernit turba deos, ac uana tonitrua ridet:
 Nec putat ad Siculos sudare Pyracmona folles.
 Sed non ulla magis, quàm nos, despecta per orbem
 Numina, multus adhuc Cererem ueneratur arator:

Multus

Multus adhuc spolijs bellator Martia ditat
 Tempora, nec artificum desunt sua dona Mineræ:
 Fulmineos dentes ramosaue cornua cernas
 Postibus in Triuia: Neptuno littore in omni
 Votivæ pendent tabulae: tibi mater Amoris
 Centum uel sola fumant altaria Cypro.
 At nobis iam nullus honos, communia nusquam
 Herculeis delubra focis, secretaue saltem
 Sylvarum & rigui per amœna suburbia fontis,
 Hos pridem in saltus toto uelut orbe fugate
 Cessimus, hinc etiam pellit nos Barbarus hostis:
 Ignotos postquam Phryxæa per æquora Turcas
 Fraternali traxit discordia regni.
 Heu pietas, heu prisca fides: nunquam ne resurget
 Clara sub obscuris facundia mersa tenebris?
 Nunquam ne ingenuæ remeabunt amplius artes?
 Quid uiles nobis Genitor pro nectare lymphas,
 Quid cœli pro luce dabis horrentia tempe?
 Quas modo sacrilegus tentet uiolare Pyreneus,
 Nunc inhonora uocent rauca in certamina picæ.
 Iam tandem emeritis requiem iustissime diuum,
 Ac pacem largire poli, quo dignior astris
 Erigone, & nitidi bis septem lumina tauri:
 Sin minus, immitis patruum regna atra petemus,
 Quæ soror infernos seruat Proserpina lucos:
 Inter & Elysias ueterum spaciabimur umbras
 Cultorum, exanguis sine uoce & corpore uultus,

Nulla

Nulla adeo in uiuis si iam solatia restant.
 Talia dum queritur, procul aspicit Arcada fratrem,
 Cærulea præpetibus scindentem nebula plantis.
 Ille ut Cyrrhæo paulisper colle resedit,
 Castalios latices inuisit, & antra dearum.
 Non illis cytharæ, nonserta uirentia cordi,
 Pleetra silent, disiecta solo crimalia marcent.
 Ergo ubi siue ultro (nam quid non sentiat Hermes?
 Agnouit causas, seu forte docentibus ipsis,
 Cognatum tali solatur uoce dolorem.

Soluite tristitiam, luctus remouete sorores.
 Gaudia certa fero. nam cum modo forte recentis
 Abustis animas pallentem duco sub Orcum,
 Ast alias iterum post lustra ducenta reduco
 Ad superos, & bina frequens per limina curro:
 Vidi exultantibus gemina de gente disertos
 Tot ueterum manes, quod iam meliora redirent
 Tempora, cum studijs florent omnia priscis:
 Vidi secreto uasta in conualle recessu
 Cum Genio & uita Parcas & Morte sedentibus:
 E quibus una retrò flexa ceruice silebat,
 Altera perspicuum speculi intendebat in orbem,
 Tertia prospectu lustrabat inane baratrum:
 Ducere cum subito uarias cœpere choreas,
 Atropos in Zephyrum uestigia mouit ab Euro
 Simpliciore gradu, cui protinus obuia Clotho
 Multiplici torsit septena uolumina gyro,

Am-

Ambabus simileis Lachesis dedit ultima gestus.
 Tunc has diuino sanxerunt carmine sortes,
 Candida in auratis uolentes licia fufis:
 Quanta fuit magnus Romã dũ Augustus habebat,
 Tanta per Europam doctorum turba redundet.
 Tu uerò Oenotrijs puer olim debite terris
 Nascere, tantorum princeps & causa bonorum.
 Per te facundas iamdudum muta loquelas
 Ora dabunt hominum, tu uita mortua reddes
 Nomina, tu nati reuocabis ad oscula matrem:
 Nascere, sic rerum leges, sic Iuppiter urget.
 Hæc cecinere deæ, uoces natura dearum
 Ferreis in tabulis adamante notauit acuto.
 Non'ne uides eadem totus portendat ut æther,
 Vrania numeris sibi respondentia faustis?
 Quam bene fatorum concordant sidera pensis?
 Quare agite exterso mœroris surgite letos
 Squallore ad thyasos: iuuat in Pæana canorum
 Contentas rupisse fideis, tibi tibia fletur
 Euterpe, & biforis Tritonia fistula buxi:
 Argutos digitis Erate tu percute neruos:
 Tu graue Melpomene, tu molle Thalia sonato:
 Omnia Calliope concentu temperet uno:
 Nunc & Pyrene, nunc & Libetrides undæ
 Ambrosia scateant, lactis Permessia riuos
 Ripa det, Aoniæ reuifescant largius umbrae.
 Quòd si quæ tanto decoretur germine tellus,

Nosse

Nosse ferunt animi, non longa ambage docebo.
 Vrbs est, Vindelicas quæ plana assurgit in alpes
 Italia, & patulos Athesis uagus exit in agros,
 Verona, autorem referens cognomine Bernum.
 Diuidit hanc fluius, sed ruptum ponte quaterno
 Continuat iter: medio sublime theatrum
 Eminent, & longè templorum culmina uincit.
 Inde olim uestrum scitis prodisse Catullum.
 Plinius inde satus, sed nunc uenit altior illi
 Gloria: Scaligeris nec se iactauerit æquè
 Regibus, & Magni Canis armipotentibus actis.
 Illic iam toti reboant genitalia montes
 Carmina, iam glauca præuelat arundine crinem
 Mincius, & uitreo gestit Benacus in antro,
 Dummodò laxata fufum de uentre parentis
 Ipsa liquore sacro fouet Ilithyia Guarinum:
 Fasciola ligat ipsa manus & crura nitenti.
 Audio Mænalia salienteis Pana cicuta
 Hortantem Satyros, plenis & flore canistris
 Laudanteis uideo circum cunabula nymphas.
 Vos mora lenta tenet: nunc ô, nunc ite citatis
 Gressibus, & cupidis ereptum auferte Napæis,
 Velate aërio nimbi rutilantis amictu.
 Quis Charitum gremijs, uestro quis dignior in fans
 Vbere? Iantheos iam nunc sine reptet ad amneis
 Paruulus, & Phœbo uelit aduagire canenti.
 Sic ait, & dictis parent Heliconides ultro.

FINIS.

Vero

IANI PANNONII
IANI PANNONII AD IACO-
bum Antonium Marcellum Ve-
netum Panegyricus.

P R A E F A T I O.

C Antatem umbroso pueris Silenon in antro,
Rustica dum Veneti uatis auena sonat:
Ingenium quid, ait, tractando uilia perdis:
Mecoenas, Tusco stemmate clarus eques?
Quamue tibi famam Melibœi flebile carmen
Afferet, infœlix aut Corydonis amor,
Pastorumue bonus lites sedare Palæmon,
Vel modò qui nato riserat ore puer,
Illatusue polo, residensue sub ilice Daphnis,
Vel quorum lynces obstupere modis,
Anxius aut Mœris, flagransue cupidine Gallus?
Iam tibi, ut hæc ludis, quarta recurrit hycms.
An te Musa ideo forsân delectat agrestis,
Reddidit ereptos quòd tibi Cæsar agros?
Cæsar agris maiora dabit, si prælia dicas
Actia, pro calamis sume Poeta tubam:
Duc age Dardaniæ Lauina ad littora classes:
Sacra Dionæi concine bella ducis,
Albana & leto fundantem mœnia Iulum
Omne, quo manat Iulia fonte domus.
Finierat monitus, placuit sententia uati:
Paruit, & syluis prætulit Arma uirum.

Nunc

Nunc ego si diui sequar alta exempla Maronis,
Temporibus nostris quis mihi Cæsar erit?
Nempe togatorum generosus stirpe Quiritum
Marcellus, Venetæ firma columna rei.
Seu facta inspicio, factis non clarior alter:
Seu merita, officijs haud prior ullus adest.
Ille meis primum Musis impendit honorem,
Non qualem ficto quilibet ore solet.
Ille breuem fecit latè discurrere famam,
Illius hospitij nostra refecta fames.
Hunc igitur patri iungent mea plectra Guarimo,
Dignus & ille suo, dignus & iste loco.
Iure fuit primus, tribuit qui carmina nobis,
Qui fauit studijs, iure secundus erit.
At uos, Cecropia propter quos arce relicta,
Maluit Euganea Pallas in urbe coli:
Tam triplicis sophiæ, gemini quàm iuris alumni,
Este precor nostris turba benigna sonis.
Nuper lata meæ plausit Ferraria canna,
Auribus en uestris nunc grauiora damus:
Quorum non metuit si barbaræ Musa fauorem,
Is meruit, grata quem crepat illa lyra.
Hic nam Marcello fœcundi prælia ruris,
Hic lare natali plus habitata domus.
Hinc dulcis nurus, & longè dulcissima coniunx,
Hic materna suis patria pignoribus.
Non minus ut Veneto possit Patavinus haberi,

D

Tot

Tot uobis illum, uos sibi uincla ligant.
Ergo huic praestetur, nobis quod forte negatur?
Materia incomptum saepe tuetur opus.

P A N E G Y R I C V S.



OLV S populea proiectus nuper in
umbra

Eridiani ad ripas, argutos inter olo-
res,

Pierios tacito meditabar pectore
rhythmos,

Cum subito assistens posita sic egide Pallas:

Quod tibi, Thespiadum iuuenis pia cura sororū
In numeros aptatur opus? quos nectare tentas
Metrorum sub iura pedes? iterum 'ne Guarini
Ludere uis ludum? uel te pastoris forsā
Has inter potius delectant sibila syluas?
Lasciuūe placent elegi? aut iurgator iambus?
An tardus scazon, ueterisūe undena Phalaci
Syllaba, dulce iocis spargens epigramma facetis?
Desere iam tandem, pueriles desere lusus:
Ac, si fama tibi, uiridis si laurea cordi,
Magna ordire animis. inopi quid stringere terras
Lintre iuuat? medio da grandia uela profundo.
Illa paludosis, procul errans cymba lacunis
Penē uacat: preciosa uehit miracula pinus,

Quae

Quae lato uenit ecce mari: cum leta coronis
Attigerit portus, & arenas dente trifulco
Fixerit, o quanto resonabunt littora plausu.
Ingenio uires, & uatibus addere nomen
Materies excelsa potest. licet ipse uetustos
Contemplere patres: nullus, nisi nobile demum
Quod caneret, selegit opus: praecleara sonantur
Vberius, nequeunt splendescere uilia rerum,
Aut egrè perculsa, negant tamen adere fructus,
Quos petitis sacri gens ambitiosa poetae.
Carmine Troiano, non raris, uiuit Homerus:
Nec rudibus Syluis, Thebis & Achille perennes
Stattius emeruit titulos: aeterna Maronis
Gloria, non Culicis nugae, fera praelia Turni.
Tu simul ut sublatus humo per multa uirorum
Ora uoles, leuibus non amplius instrepe chordis?
Nec calamos, plenis sed classica faucibus infla.
Ire nec in senium, caniuē euoluere retrò
Te saeculi monumenta uelim: qui prisca retexit,
Acta agit, & medio praefert Hyperione lychnum.
Quis Troiā & Thebas, Lacedaemona nescit & Ar-
Persea uel caelo nantem, uel Iasona Ponto? (gos?
Qua non in scena malus insaniuit Orestes,
Coenauit Tereus, errauit Agenore natus?
Pulpita Tantaleis cui non detrita cothurnis?
Quis non Herculeo suspendit sidera collo?
Thessea quis tacuit? quo non memorante uolauit

D 2 Axe

Axe Pelops, planta Hippomenes, & Dædalus alis?
 Adde quod ingrati subeas & crimen iniqui,
 Si uetera amplexus damnes presentia: & unâ
 Inuideas uiuis titulos, exempla futuris:
 Haud aliter dignus uenia, quàm tempora clarum
 Si tua nil habeant. Sed quæ resplenduit etas
 Vel bello uel pace magis: reuocasset in aurum
 Iuppiter, & toto purgasset secula ferro.
 Ipsa ego Saturni si non exosa ueternum,
 Ingenijs hominum penitus rubigine tersa
 Limassem segnes animos, & tempore longo
 Pigra per artifices acuissem pectora curas.
 Hinc tot castra ducum, tot nostras cernis Athenas?
 Nunc noua proferri, nunc antiquata nouari:
 Pellæi ut Regis possint, uel Cæsaris æuo
 Iam uestri certare dies, sic cultibus æquis
 Vita nitet, mentes sic excitat amula uirtus.
 Quid tibi nunc artes recitem mea dona magistras?
 Seu fabricanda ratis ueniat, seu machina belli,
 Cenum Argos, totidem reperire licebit Epeos.
 Hippolytus rapiatur equis, Chironis alumnum
 Inueniet Phœbe: placeant simulacra Tonanti,
 Phidiaca insignis iam maiestate nitebit:
 Tota uelit pingi Paphie, procedet Apelles.
 Si Tyrus & Sidon, si concidit alta Corinthus:
 Aera tamen spirant, nec purpura segnius ardet.
 Aspice per terras pulsantes æthera moles,

Cedit

Cedit Cressa domus, Babylonis mœnia cedunt,
 Quod Salomō templū, peltata aut struxit Amazō,
 Pyramides, iunctis & Mausolea colossis.
 Aspice sulcantes Neptunia cerula classes,
 Turrigeras arces, aut Cycladas ire profundo
 Credideris: tanto malus stat uertice, tantus
 Remorum numerus, tantum se carbasa pandunt.
 Nobiliora uocant: quæ mecum Phœbus & Arcas
 Curat, & Aonia cœlestia plestra sorores.
 Nam qui tot uidere Limos, tot Arionas anni?
 Quando Castalias carpsere tot agmina lauros?
 Ipsæ tantorum siccatae in pocula uatum,
 Pegasides tenui manant iam gurgite lymphæ.
 Nec desunt, cultis quos illi uersibus ornent
 Martia turba duces, & gaudens sanguine miles.
 Hoc modo præcipuè studium reuirescere coepit:
 Ferrum celat equos, ferrum sessoribus ipsis
 Est tegimen, ferrum totos sarcitur in artus.
 Non ne uides, ueterum renouato ut more Quiritū,
 Iam uallum fossa metator & aggere cingat?
 Excubijs simul & stationibus omnia seruet,
 Ut paribus quadret legio distincta manipulis,
 Excurrant alæ, solidemur robore frontes,
 Cornua promineant, secedat inutile uulgus,
 Vltima subsidijs firmentur terga repostis?
 Eminus & primum telis, mox comminus acri
 Pugnetur gladio: murum si frangere tempus,

D 3

Non

Non aries, non testudo, non uinea solum
 Vecta rotis, aut turris adest: ignota uetustis,
 Nec nisi de caeli nebulis consueta timeri,
 Saxea de caucis prorumpunt fulmina ahenis.
 Quare age, cum pleno sese tibi copia cornu
 Offerat, è tamis aliquid desume canendum:
 Neue tua æquæuis desit faundia rebus.

Sed quamuis trifidus florescat gentibus orbis,
 Urbibus & gentes uigeant, & ciuibus urbes:
 Nulla tamen regio est, quam tu componere possis
 Foelici Italiae, seu glebæ fertilis uber,
 Seu fortem mirere situm, seu facta beatis
 Oppida diuitijs, seu splendida iura uirorum.

Hesperias uerò longè super eminet urbes
 Hæc, quam non muris clausam, sed Syrte uadosa,
 Intimus extremo circumtonat Hadria fluctu.
 Conditor hic nemo: terrarum cladibus ortum
 Debet, & est ingens alienis facta ruinis.
 Nil reliquis commune gerens, fundamina tectis
 Non sicco stant fixa solo, sed desuper altas
 Vecturus moles, subter freta textitur agger.
 Haud mora, qua uituli nuper iacuere marini,
 Qua modò delphines uolucris lusere natatu,
 Insula se tollit: ueluti Latonia Delos
 Dispulsis subito celsum caput extulit undis.
 Nec quia de multis corpus concreuit in unum,
 Dissidet ipsa sibi: nulli concordia maior,

Nec

Nec tam longa quies, nec par reuerentia legum.
 Non famulam plebem dominatrix durius urget
 Nobilitas: non plebs regni consortia raptans
 Patribus insultat, placidi quam docta sequestri
 Fabula conciliet, uel ademptus fascibus horror.
 Hinc sua millenos indelibata per annos
 Succubuit nullis Libertas uirgo tyrannis.
 Hinc miti ditione tenet, quod Creta recedit
 Alpibus, Aemonio quod distat Larius Hebro.
 Hinc super Oceanum, super et mare cognita rubrū,
 Suscipit & reddit toto commercia mundo.

Huius Patricias tantum Marcella propago
 Exuperat stirpes, quanto discrimine præstat
 Sideribus Titan, dijs Iuppiter, amnibus æquor.
 Maurocena licet numero sit læta suorum:
 Contarena potens opibus se iactet opimis:
 Alta Triuisanam iuris doctrina decoret:
 Foscara consilijs, cultu Iustina loquendi
 Fulgeat: æterna tulerint præconia famæ
 Pisana æquoreis & Lauretana trophæis.
 Verum quæ reliquas partitis singula lustrant
 Dotibus, huic uno pariter cumulantur aceruo.

Sed nec Marcella de gente illustrior ullus,
 Quam claris Iacobus adest Antonius actis,
 Plenam uirtutum complexus pectore summam.
 Cui si Romulidum studeas opponere laudes:
 Non erit integrior Curius, constantior illo

D 4

Maxi

Maximus, Idæi melior nec numinis hospes,
 Regulus aut fidei, Cato uel seruantior equi.
 Sin Graios æquare pares, concesserit uni
 Miltiades animis, Cimon pietate, Pericles
 Consilijs, probitate Solon, grauitate Lycurgus.
 Celsa ducis facies, & honoræ gratia formæ,
 Afflarat Phrygio qualem nec Cypria nato,
 Pridem nota tibi, dum uatem magnus egenum
 Hospitio toties Heros fouet, ac uice iusta
 Excipiunt humilem Tirynthia regna Molorchum.
 Quin etsi nunquam uisus tibi fortè fuisset,
 Obuius in media poterat notescere turba:
 Tantus in ore decor, tanto super agmina surgit
 Vertice, tam passim digito monstratur ab omni
 Augusta effigies: multum cui ponderis addit
 Canicies, nigro parcè intermixta capillo.
 Quòd si facta uiri (cunctos celeberrima quanquam
 Per populos) nondum locuples tibi prodidit autor,
 Humanis si certa magis rumoribus optas:
 Accipe ueraci ueram distante Mimerua
 Historiam, cœlo dubita neu credere testi,
 Sed calamū niueis iam nūc memor imprime chartis.

Hunc ego materno rapui nam sedula paruum
 De gremio: calida mox accedente iuuenta,
 In biuio uitæ dubium, uitare sinistros
 Commonui anfractus, aditu qua subdola blando
 Ridet, & incautos præcepit uia mergit ephebos.

Paruit,

Paruit, & dextro super ardua calle tetendit,
 Me præeunte sequens. nec terruit asper euntem
 Limes, & angusti scruposa exordia rami.

Ex illo quos non subijt me teste labores?
 Quis sese expedit, non me auxiliante, periclis?
 Hostili quoties fessum iam strage, refeci
 Viribus occultis? quoties tela inter & enses
 Texi, & Gorgoneos prætendi impunè Cerastras?
 Dilectus nec me talem sibi sensit Vlysses,
 Per mare, per terras, lustris mea cura quaternis:
 Bina expertus & hic elementa, sed ordine uerso,
 Nec simili studio, tellus præstruxit Vlysses
 Fluctibus, æratis durata hic brachia tonsis
 Contulit ad frenos, & equo post transtra resedit.
 Quid, quòd iactari uentis, huic lusus, at illi
 Poena fuit? quid quòd castra ille coactus adiuit,
 Hic & inaccitus, nedum deprensus ab ullo?
 Tam melior terra, quàm fortunatior undis
 Naritio, & plus quàm Smyrnæo carmine dignus.

Tempus erat, roseas tenero cum uellere malas
 Vestit, & oblectat trepidos lanugo paremes.
 Nocte una stratis secum hæc Marcellus in altis,
 Suspiciens patula mediam te Luna fenestra:
 Me'ne ultra in patrijs torpere penatibus, inquit,
 Nescio quos apices discentem, & semina uocum?
 Nec mores hominum potius cognoscere & urbes?
 Virtutem & toto latitantem querere mundo?

D 5 Iam

Iam certè positis amicit me purpura bullis,
 Iam sparse periere nuces: minor eruta Pyrrhus
 Pergama diripuit, protexit Scipio patrem:
 Nec me maior erat, meruit cum nomina Magni
 Pompeius, nec cum Macedon irrupit in orbem,
 Vltima Thyrsigeri calcans uestigia Bacchi.
 Ast ego desidia quales (heu) perdo lacertos,
 Quàm belle opperior senium, moriturus & ipsis
 Laudibus? & quisquam Romano sanguine cretum
 Prædicat? aut spolijs hæredem adscribit opimis?
 Forsitan & quiddam promittunt somnia magnum,
 Haud spernēda nimis: siquidē ab Ioue noctis imago.
 Nam modò per Pontum gemino Tritone uidebar
 Gestari, & leues conchis auellere gemmas.
 Cum subito ad patrias conuerso lumine sedes
 Aurea prospicio diui uestigia Marci
 Nutare, ingentem iamiam tractura ruinam:
 Accurri, & certo confestim à numine iussus,
 (Hoc ego numen eram) titubantia tecta leuaui
 Suppositis nitens humeris: stetit ardua turris
 Firmius, & mediam sublimior impulit æthram:
 Abrupere meos spectantum gaudia somnos.
 Surgamus, nec uana deum portenta sequamur.

His dictis, raptò properè coopertus amictu,
 Tempa puer primo contermina uisit Eoo,
 Multa putans animis, & cum prece fusus ad aras.
 Facta ubi uota deis: nactus Nabatea petentem

Littora

Littora fortè ratem, trabibus se condidit altis.
 Nec prius est celeri perceptus abisse carina,
 Quàm poma Alcinoi foelicia legit in hortis.
 Leua dein curuæ præuectus saxa Maleæ
 Plena Cydoneo subduxit lintea portu.
 Hic quamuis æui cupidus monumenta uetusti
 Noscere, quo Minos sit consiliatus in antro,
 Quas paruo latebras assignet fama Tonanti,
 Quæ fudit Titanas humus, quibus improbus umbris
 Pasiphaës errauit amor, qua turre uolarit
 Icarus, ignoto positurus nomina Ponto,
 Dædalei superent uestigia si qua laboris:
 Non tamen ille horum quicquam perquirere curat,
 Quàm prius ad tumulū supplex procumbit auitū.
 Quippe ibi Marcelli Pario sub marmore Petri
 Ossa iacent: magni quæ numinis instar adorat
 Insula, mentitum Iouis haud uenerata sepulchrum.
 iure quidē. nam thura Petro debemur, & aræ,
 Qui pelago pacem, patriæ qui nobile foedus
 Restituit. Venetis quondam sua regna carinis
 Barbara Lagei præcluserat ira tyranni,
 Plurimus unde urbi questus: quo tota fouetur
 Europa, & gelidas oriens transmigrat ad Arctos.
 Obsidionis erat facies: sic nulla uolabant,
 Ut prius, in lato Marci uexilla profundo.
 Mittitur è tantis unus, qui rupta queratur
 Conuenta, & placidis immisceat aspera uerbis.

Ut pe.

Ut patuit Babylon, tumidus fera corda Sesostris
 Ponit, & innumero legatum munere placat,
 Panchæas cumulans messes, & dentibus albis
 Nigrantem astipans Hebenum, ac solidantia plagas
 Balsama, Erythræis quicquid celatur arenis,
 Quicquid lanigera Serpectit ab arbore, quicquid
 Indica odoratis decussit Simia ramis:
 Adijcit & cineres Hyperionis æde petitos,
 Quos centū post lustra deo dicat aduena Phœnix.
 Nec mirère uiro quòd tantum humana potestas
 Præstiterit: nitido uenientem fortè sub ortu
 Ipse salutauit, quo matrem murmure, Memnon.
 Soluerat os, tacitis stupuere Aegyptia sistris
 Orgia, & amissum Memphis non planxit Osirim.
 Nec cataractarum fanti obstrepuere fragores.
 Fimierat. miti sua dicta probauit Anubis
 Latratu, & blandis mugitibus annuit Apis.
 Ergo diu uacuis iterum secura patefcunt
 Aequora Marcicolis, & littore tutus Eoo
 Italus, Arrabios mutat mercator odores.
 Ut cum fortè ferox, sortem indignatus iniquam,
 Ipse suis Pluton furijs ardescit, & altos
 Oppugnare parat calcato fœdere fratres,
 Vincula terrigenūm laxans centena Gigantum:
 Pacifico tum si caducifer ab Ioue missus
 Fatorum alleget leges adamante notatas:
 Ille Dei suafu rabidas moderatior iras

Miti-

Mitiget, & nigri soluat se concio belli.
 Haud secus eloquio Petri composita quieuit
 Tempestas. Reduci plausissent quanta suorum
 Gaudia? quas illi pensasset patria grates?
 Inuida sed medios abscidit Creta recursus.

Marcellus meritos ut auo persoluit honores,
 Intrat & ipse Pharon, letis quàm magnus opimat
 Nilus aquis, cœlo spectabile Delta sereno,
 Incedit rosæ niueo candore iuuentæ,
 Gentibus exustis mirandus, & hospite pulchro
 Plusquam sole suo, fuscæ Mareotides ardent.
 Ille nihil, tantum genilia monstra colentes
 Irridet populos: aut cum se rettulit amnis
 Surgere semianimes stupet in noua corpora glebas:
 Festinamque notat Casio de uertice lucem:
 Aut Menelaei uestigat busta Canopi:
 Consulit aut nullis astrictum Portea uinclis.

Verterat annus iter. Berytos & alta Damascus
 Visuntur: sacris Libanus qua cedriser umbris
 Horret, & extinctum plorat Cythereis Adonim.
 Hunc Phœnices habent tractum, qui sidera primi
 Spectarunt, primi uocum pinxere figuras,
 Primi puniceo fucarunt uellera luto:
 Molle ubi Sidonijs latus acclinauit in herbis
 Taurus, Agenoreos procul auecturus amores.

Annua ut hinc etiam iuuenem Cynosura reuexit,
 Non freta iam breuiora iuuant, offendere crebros

Poeni-

Pœnitet in scopulos, & tam propè cernere terras.
 Nec putat esse Tethyn, quod littore clauditur ullo.
 Proinde animis maiora parat: libet ire uel astris
 Longius, ac totum post terga relinquere mundum,
 Alter & Oceani lateat si in fluctibus orbis
 Scrutari, extremas intra nec sistere Gades.
 Gratus & iste labor, quanquam inclementior ortu
 Occasus: non hic Syria, Meroesue calentis
 Delicia: sed Scylla uorax, & auara Charybdis:
 Sed ferus immiti peior Læstrygone Cyclops,
 Sed plena insidijs & semper amara uoluptas:
 Quicquid & in nostrum non finxit Homerus Vlysses,
 Marcellum nec dura tamen fregere, nec ulla
 Capere illecebræ: blandam Sirena reliquit,
 Nec malo affixus, nec ceris oblitus aures:
 Pocula uitauit Circes, nec Moly ferebat:
 Loto pastus erat, redijt memor. ipsa facultas
 Sordebat iuueni, discrimina semper amanti.
 Carpserrat Hesperia fuluos ex arbore foetus,
 Tristis & indignans, quod inasseruata patêret
 Præda sibi, & saluum mallet uigilare draconem.
 Incustoditum campis errabat Hiberis
 Armentum: raperem, si non impune liceret,
 Inquit, & obstaret triplici trux corpore pastor.
 Quod si quem laudum sitis & fiducia dextræ
 Extulerat contra: tunc lato in prælia uultu
 Ibat ouans: cessere armis, cessere palæstra

Audaces

Audaces in cuncta uiri, non Bæticus hastam
 Incola, non æquè torsit uenabula Maurus:
 Saxum ingens olim nec tu Polypheme rotasti
 Tam procul: Antæum rursus si fata dedissent,
 Gætulum primo uicisset marte Gigantem,
 Nec tangi uetuisset humum. Bonus omnia, uerum
 Haud unquam melior, quam cum leuis ense micabat
 Districto: in tenui pendebant aere plantæ,
 Nec tener ulla pedum uestigia puluis habebat:
 Splendidus at rapidis agitatus mucro lacertis,
 Mucro solius fulgore notabilis umbræ,
 Non scuto, aut oculis poterat, non arte caueri:
 Vix etiam ferro, ferrum tetigisse putares,
 In facie iam uulnus erat. sic uibrat aheno
 Lumē aquæ: sic cū properat uaga fulmina Brontes,
 Scintilla absiliunt: sic rupta tonamibus Euris
 Rima per attritos diffulgurat ignea nimbos. (nos:
 Sed peragamus iter. iam Sardo, et proxima Cyr-
 iam minor, ac maior Balearis, & anguibus atris
 Terra nocens, nec non Ebusi pineta uirentis
 Vanuerant: Libyæ prior iam Europa coibat.
 Apparet surgens trans nubes eminent Atlas,
 Opportuna quies uoluenti secula cœlo:
 Prospicit hic stellas: aliam considerare collo
 iam senis, ast illam reparato robore, pronas
 Continuare uias, hanc summa ad culmina anhelos
 Nunc primum alipedes crepitanti argere flagello.

Appa-

culcu
stun
lumy
rmlye
 Apparent celsæ diuersa è parte columnæ,
 Montibus excisæ geminis: siue Herculis illud,
 Naturæ seu matris opus, quis crederet unquam
 Tam medico tantos immittier ore liquores?
 Nerea quis cursu fluuios superare rapaci?
 Hic ubi in aduerso remos luctamine frangi
 Conspiciunt comites: frustra turgentia retrò
 Flectere uela rogant: animos sed noster inertes
 Increpat, & pulso clawum citus ipse magistro
 Corripit, ac medios secat irreuocabilis æstus.
 Transierat rerum metas, & aperta ruebat
 Immensi iam terga maris. Quid nunc tibi diras
 Terrorum species, quid monstra immania fando
 Prosequar, æquoribus non unquam cognita uestris?
 Nam Tuscū et Superum, Dictæa & Cypria Doris,
 Ionium & Syrtes, necnon Euxinus, & Aegon,
 Quæ tandem miranda ferunt? Quòd nautilus illic
 Velificat, spargit piceos quòd sepia succos:
 Quòd torpedo suum mittit per lina uenenum
 Piscantis uinctura manus: affixa carinis
 Parua quòd ingentes echeneis detinet alnos: (mū:
 Quòd glutit uulpes, scolopendra quòd euomit ha-
 Transfigit quòd cuncta Trigon, quòd stella perurit:
 Versicolor polypus conchas quòd fallit hiantes:
 Quòd sparsis mordax folijs urtica uagatur:
 Spongia quòd tetros effundit secta cruores:
 Quòd lolliigo uolat: depastias ruminat algas

Quòd

Quòd scarus: in siccis cubat exocetus arenis?
 Iunge relucentes tranquillis sæpe lucernas
 Noctibus, & facilem iura ad socialia pinnam:
 Iunge exertantis turbato cornua ranas
 Limo, & præsagum boreæ uenientis echinum:
 Isthmius his ludit per stagna Ephyræa Palemon,
 His curas Galatea leuat. Marcellus & ipsas
 Oceani horrendo collisas turbine uidit
 Nereidas: uidit, quæ nec Cepheias æquet
 Bellua, nec missus uota ad Theseia taurus.
 Fars quota porrectæ per bis duo iugera Pistris?
 Aut formidatæ ballenis grandibus orca?
 Qualia foecundus terrarum ambitor, in imis
 Plurima fert specubus. Quin & (mirabile dictu)
 Nunc rota, nunc ramosa uiros exterruit arbor,
 Cornibus aut aries, elephas aut dente petiuit,
 Nunc homini assimilis pressit maris incola pinum
 Insidens lateri, nunc proluit ore tremendo
 Elatus supra carchesia summa physeter.
 Haud magis ista tamen curat Marcellia uirtus,
 Quam Iuba latrantis circum Massyla molossos:
 Propositum nec linquit iter: stat tendere prorsus,
 Quantū agit aura ratē, quantum patet extima Te-
 Trans Zephyri fines, trās pascua solis equorū. (thys,
 Ille & foelices animas uisurus adisset,
 Qua fortunatos cœli clementia campos
 Temperat, & nullo tellus creat omnia cultu:

E

Nise-

*Hyems
nisi for.*
Ni semel hæc ipsum sedes æterna maneret,
Post uitæ mortalis onus. Nam corpore clausos
Elysij miscere nefas. Ea causa subegit
Dexteriora sequi: uena qua diuite profert
Castiteris nitidum plumbi non una metallum:
Lustrat circuitu Cantabrica littora longo,
Lustrat Aquitanos, reflui simul ora Garunnæ:
Cæsareo donec tentatos Marte Britannos
Peruenit, & mundi Iuuenam in calce natantem.

Sol duodena citis percurrebat astra quadrigis:
Non illi occiduos satis explorasse recessus,
Querit & Arctos, glaciales Orcadas ultra,
Ostia Rheni ultra, gelidæ ultra sidera Thules
Remigio euectus: bissex ubi mensibus anni
Vna dies, nox una uenit, nec iugis amœno
Vere tepescit hÿems. Iam ponè nitebat cuncti
Parrhasis, oppositum iam declinabat in Austrum.
Pronus & ille polus. Iam zonas, climata, circos
Aetheris, & totum penitus transcenderat axem:
Processurus adhuc, si non conereta rigerent
Aequora, Hyperboreis Mæotidos æmula crustis.

Ergo Caledonias sua carbasa rursus ad urbes
Torquet, ibi alterna pensat requiete laborem.

Humida nox coelum sublustri obduxerat umbra,
Quam tu nec noctem, sed longa crepuscula dicas:
Cum iuueni ignaro Francisci inopina parentis
Offert se in somnis, ac talia fatur imago:

Nate

Nate mihi de tot longè carissime natis,
Te nunc extremo positum sub cardine mundi
Aspectare iuuat, quo mersus gurgite Titan
Stridat, & Icarios propius numerare Triones.
At tibi tantisper multo iacet obruta luctu
Tam scelix pauloantè domus, tot diues alumnis.
Nam mihi foecunda dederat de coniuge Phœbus
Sex & uiginti diuersæ pignora sortis:
E' quibus, ut fruerer media uel parte meorum,
Bis terni iuuenes, septem uixere puellæ:
Tot generi, tot me inde nurus, cognomine dulci
Dixerunt socerum, tot auum fecere nepotes,
Nullus ut è Veneta iam nobilitate supersit,
Non Marcellorum mixtus cum sanguine sanguis.
Sed reliqui nostram non deseruere senectam,
Quos genui: & patriæ pariter subière labores.
Tot minimus natu, spe maximus, auia sulcas
Dum uada, ceu pulsus terris ex omnibus exul,
Dū Noton, & Borean, Zephyrū rimaris, et Eurū,
Immemor ò nimium tanto iam tempore nostri.
Interea geminas rapuit tibi dura sorores
Atropos, & totidem nostro de semine fratres:
Me simul, & crebro duplicauit funere funus,
Permutans atra genialiaserta cupresso.
Nec pro me aut hominū quenquā, aut incuso deorū:
Exegi longos summis in honoribus annos,
Pompa triumphalis facili languore solutum

B

2

EXII

Extulit, & pietas priuatam publica nicit:
 Vnus tanta tamen prebit solatia mœror,
 Composuit nostros quod non tua dextera uisus.
 Quanta tibi coram dixem, si præsto fuisses:
 Quanta reuelassem uenturis congrua rebus? (undas,
 Quod quoniam haud licuit per tot procul arua, tot
 Umbra leuis saltem, Iouis huc tibi numine ueni.
 Iam rigidus condit lustrum uenerabile censor,
 Multiuago immensum cursu metiris ut orbem,
 Tutus & incolumis: tanquam tibi uincla ligarint
 Neptunum, & uentis impleuerit Aeolus utres.
 Siue tuam mouit rerum prudentia mentem,
 Nullos non ritus populorum & iura notasti:
 Mox effundendos placuit seu cogere census,
 Sat tua nauali creuere peculia lucro.
 Quocirca si qua est uel nunc tibi cura tuorum,
 Si prece defuncti, si iussu tangere patris:
 Da reliquum patriæ, da caris tempus amicis,
 Da consanguineis, & (cui post me omnia debes)
 Quam potes, accelera uiduatam uisere matrem:
 Te solum nunc illa cupit, te tota superstes
 Clamat: & haud aliter domus in te nixa recumbit,
 Quam nunc me accliuem tu sustentare uideris,
 Casurum en subito, tua si fulcimina desint.
 Iam primum infandis hanc uexat auunculus AZO
 Litibus, & causis sine fine forensibus urget.
 Nec dubium, quin tota adimat patrimonia uobis,

Ni mo-

Ni monitus nostros memori tu pectore condas.
 Stat thalami in dextro secretus pariete riscus,
 Seriniolum in riscu nucæ compage dolatum,
 Mille in scrinio ueteris chirographa ceræ,
 His tibi productis damnabitur actor iniquus.
 Constitues isto cum facta domestica pacto,
 In luxum caue te, malesuada uel ocia soluas:
 Sed fortis humeros ciuili subijce cura.
 Orator mittendus erit, tu curre per alpes:
 Armorum ingrueat strepitus, sis primus in armis:
 Suggestum suator, iudex conscende tribunal.
 Nec tibi sit quicquam patria dilectius ipsa,
 Hanc ego præposui sceptris regalibus unam,
 Hanc ego thesauris: bis me Roma inclyta cepit.
 Legatum, & toties referentem optata remisit,
 Ut ciuem complexa suum. Patriarcha regebat
 Cæsarei tunc frena fori, quem sæpe Senatus
 Nomine de Veneris dictam rogitauerat arcem:
 Quo locus haud alter tutandis aptior Istris.
 Postquam communes frustra uidet ire precatus,
 Me tentare iubet. Certo mihi foedere uinctus
 Ille erat. accedo: proprium ceu postulo munus:
 Impetro, non unam, sed bimas insuper arces,
 Collatis & longa fruor per tempora donis.
 Post hyemes aliquot, patribus sententia sedit,
 Ne quisquam in terris Venetus castella teneret:
 Siqua forent intra senos haud uendita menses,

E 3

Publi-

Publica deinde forent. Genuam quippe ista potentē
Res labefactauit: Pisas seruire coëgit.

Hoc ubi decretum mentes concussit auaras,
Quis sua mox grandi bona non uenundedit auro?
Solutus ego in fiscum gratis mea nate redegi,
Tradita ne externis, nostros aliquando grauaarent:
Nec loculos numis, patriam sed finibus auxi,
Vrbica priuatis releuans æraria damnis.

Hinc cognata tibi uirtutum exempla petantur,
Hæc imitare libens: uiuum simul addo magistrum.

Est germanus aui prisco tibi nomine Petrus,
Nunc Antenoreæ præsul castissimus urbis,

Penè modò Romæ: dum cogit læta uerendos
In cœtum Basilea patres, & sancta requirit

Concio, quis superi clauis mereatur Olympi:
Hunc tu si audieris, nunquam te deuius error

Auferet in præcepis, nunquam non recta sequeris.

Quòd si præcipitem subigas tranquillior iram,

Tu Marcellus eris, merces haud parua laborum,

(Quam tantum affectas) ueniet tibi fama perennis:

Illa tamen maior, luteo quòd carcere liber

Ingrediere pias meritorum præmia ualles.

Imperiosus ubi Torquatus, & hirta Camilli

Cæsaries, & qui pacem tibi Pyrrhe negauit,

Cum tribus & Decijs pauper Serranus, ubi omnes

Marcelli: inter quos & me uiridissima laurus,

Vmbrat, & æternas melior fouet aura per herbas.

Ne nullum me fortè putes, neu funera uanis
Nostra fleas lachrymis, & mecum numina lædas.
Sed iam nate uale, medijs nam manè tenebris
Imminet, & seua lucem cecinere uolucres.

Talia dicentem dum captat inaniter umbram,
Discussus motu perijt sopor: Illico remos
Expedit, & medio suspendit lintea malo,
Incertum moerens, & spem formidine librans.

Dexter ut à terra nauim promouit lapyx,
Profiliunt alacres de fluctibus Oceaninae.
Pars choreis lustrant, & dulcia carmina dicunt:
Pars uario tristes solantur munere curas.
Nec passim ramis plorata electra, uel ostrum
Vile ferunt, aut quæ capiti substrata Medusæ
Mollia saxificum traxere corallia uirus.

Sed nullo dignè precio taxanda, nec unquam
Nota prius superis, miracula, promere certant.

Fortè maris domitor Saturnius ipse redibat
Aethiopum à mensis, tum largo nectare lætus
Sistit equos, & sic placido prior ore salutat:

O Venetum, matura salus, O Romula uerè
Progenies, casus si noscere cura futuros,
Bellum immane tuis, bellum inquam ciuibus instat
Partibus à Ligurum: quæ tota Oenotria latè
Intremet, & tanto quatientur cuncta tumultu,
Persidus Ausonijs quantum intulit Hannibal oris.
Hic tibi magnarum pandit se occasio rerum:

Hic tua nobilibus clarescet dextera factis.
 Materiam uirtutis habes: fortuna theatrum
 Quo spectare, dedit: facies nec te ulla pericli
 Terreat, arma tibi Sicula iam sudat in Accna
 Lemnius, & Phrygio clypeum cœlamine format,
 Sponte sua: qualem nunquam Tithonia coniunx,
 Nostra nec obtinuit Nereis supplice fletu.
 Hæc, ubi perstringens Liparen tibi palmula radet,
 Offeret ipse deus: sed ne cœlestibus armis
 Par desit sonipes, en nostrum suscipe munus.
 Currite, & ignipedem propius deducite Glaucum
 Cerulei aurigæ: Viden ut per frena rubentes
 Inficit albenti spumarum aspergine gemmas?
 Quàm bene colla leuat? quamos flat naribus ignes?
 Nec tibi inexpertum donabimus. huc age dorsum
 Scande feri, & stimulos costis Melicerta parumper
 Imprime: sæpe ferox tua uerbera sensit Arion:
 Tu delphine meo, celeri uel mugile pendens,
 Aërius per uela salis fugit ecce sagitta
 Ocyor, & longè uentos post terga relinquit,
 Pendula nec summos libant uestigia rores:
 Quin etiam uastum rapido per inania saltu
 Transiit scopulum: facili dein iussus habena
 Ter quater exiguum sua membra rotauit in orbem.
 Hunc tibi largimur, nostro licet antè negatum
 Gradiuo toties: pro quo mihi sæpe dedisset
 Castor in ætherijs signatum Cyllaron astris.

Hoc

Hoc residens, catulos tutò audax tigridis Indæ
 Tu licet abripias: hoc te Riphæa uolantem
 Per iuga, Phœbei nequeant comprehendere gryphes:
 Hoc supra nubes, subter uaga sidera uectum,
 Bellerophontæ non urat flamma Chimææ.
 Dixerat, & dederat: grates Marcelle parabas,
 Cum genitor uersa postremam cuspi de puppem
 Impulit. Idalia non segnior illa columba
 Emicat, & Venetis dicto prius hæsit arenis.

Interea Italiam litui sonuere per omnem:
 Anguiger Insubrum pollens ditione Philippus,
 Cuncta laceſſebat furialibus improbus armis.
 Præcipuè Venetos, quibus in sua littora pulsis,
 Cætera non agrè Liguri accessura colubro,
 Spes haud uana uiro: rapit & priuatus in illos
 Impetus irarum: torquet modò rapta furentem
 Brixia, tum pactis depensum pacis iniquæ
 Bergomon, et priscis Macalodum æquabile cannis.
 Hæc ulciscendi stimulis immanibus ardens,
 Ductori fido (Perusina hic gloria gentis
 Nicoleos Picininus erat) memorabile bellum
 Mandat, & innumeras uacuat delectibus urbes.
 Nec minor Adriacos tutandi cura Quirites
 Exacuit regni, socio sibi fœdere patrem
 Iungunt Eugenum, nec non te Sfortia proles:
 Cui seruit Picenus ager, coniurat in unum
 Arnus, & extremi Genuæ discordis alumni.

E s

VI

Ut super Olliacas tenui discrimine ripas
 Nigri illinc angues, rutili hinc fulsere leones,
 Fortior & coepit Perusinus Marte secundo
 Marcicolas urgere duces: ac proxima portas
 Clausit, & excubijs firmavit Brixia muros.
 Marcellus (quamuis nunc primum fune ligato,
 Vix patrio data thura lari, uix rapta suorum
 Oscula) solis adhuc radijs niger & maris aura,
 Profilit, & celeri patriæ tentoria gressu
 Vel priuatus adit: trabeas, uexilla, secures,
 In tantis longum ratus expectare periclis.
 Nec ciuem laudans, qui non prius ista mereri
 Quam gestare uelit: sed nullos curia fasces
 Cui dederat, praesaga ultrò mox castra dederunt.
 Solus & hic tyronis adhuc cum munus obiret,
 Praefecti suscepit onus: nec protinus omen
 Defuit, & primis patuit uenturus in orsis.
 Est lacus, Isæum perhibem, quæ se Ollius ingens
 Explicat, angustis & rursum faucibus arctat.
 Hac inuasurus Venetos erat impiger hostis.
 Tutatura lacum Marcello praeside classis
 Instruitur: uenit ille ferox, transire laborat:
 Bis pulsus refugit, conatu elusus inani
 Finitimas latè tendit popularier arces.
 Sed Marcellus & huc ratibus legatur omisissis,
 Protegat ut terras, modò qui defenderat undas.
 Continuò antiquis noua munimenta ruinis

Adiicit,

Adiicit, & fossis uicinas diruit ædes.
 Pabula per campos succendit, & aggere rupto
 Mergit inundatos subitis torrentibus agros,
 Rustica ceu steriles stipula crepitante nouales *Simili*
 Vreere cura solet, placida ceu uertice cliui
 Prata rigaturos sulcis deducere riuos.
 Hinc Phaethonteos Ligur hybernare coactus
 Trans latices: facili seruata hinc plurima damno
 Oppida. Restabat gelidæ pars ultima brumæ,
 Non expectata cum coepit hirundine, pontes
 Iniectare Pado, Picininus in omnia præceps.
 Festinum hic etiam Marcellus præuenit hostem,
 Cogit & à magnis uacuum discedere coeptis.
 Haud aliter Fabius, cui primum uincere pugnam *Fab. C.*
 Detrectare fuit: cupidum confligere Poenum
 Cunctando longè Latijs arcebat ab oris,
 Nunc fronti oppositus, lateri nunc desuper altis
 Collibus insulcans, compulsus donec in arcuos
 Anfractus densa legionum indagine sepsit,
 Iamiam captiuum: mira nisi fraude reperta
 Nocturni arsisissent taurorum in cornibus ignes.
 Hæc tum Marcello primi præludia Martis:
 Quæ grauis, ut didicit, fama celebrante Senatus,
 Claro laudatum, sed pleno mille periclis
 Praeficit officio. Locus est (uulgaria Maius
 Turba casale uocat) quicquid de iure Cremonæ
 Eridanum citra protenditur uberis agri,

Accipit

69 IANI PANNONII
 Accipit hinc leges: sed pendent tecta uetusto
 Quassa situ, & nulli propulsant bella paratus.
 Huc iuuenem paribus suffragia publica uotis
 Conijciunt. Magicis non tam citò floruit armis
Medeæ cantata seges, nec tam citò tracti
Pectine Thebano coiere in mœnia montes:
 Quàm citò Marcellus putres iuuenescere muros
 Compulit, & uarijs emuniit omnia telis.
 Neu deriuatas fossis procliuibus undas
 Eliciant actæ per uiscera cæca cauernæ,
 Grandia transuersis innectens robora truncis,
 Obruit antè humiles per subterranea ripas.
 Nondum subsidijs, fuerant quæ sponsa, receptis
 Consummarat opus: stellis cum quinta fugatis
 Attulit & lucem simul & Pallantias hostem.
 Qui per oloriferum triginta millibus uno
 Transpositis Titane Padum, castella sequenti
 Cuncta rapit propiora die: mox inde Casali
 Applicat horrifonas tormenta rotantia petras.
 Tum uirides fossas, trabium qua nulla cauanti
 Compago obstiterat, cuneis exhaurit opacis:
 Non tamen antè loco potitur, post multa suorum
 Funera, Marcellum quàm bella suprema cientem
Alta superfuso lapidum sepeliuit aceruo.
 Diruta uix tandem per mille tonitrua turris:
 Qualem iam gelidæ prensantem cornua Lunæ
 Otum, discussus toto Ioue textit Olympus.

Et

Fit fragor, & longa penitus depressa ruina,
 Urbis tecta crepant: sonitu procul horruit ingens
 Larius, & summas refugus tremor impulit alpes.
 Attoniti excidio properant se dedere ciues.
 Ipsum puluerea laterum sub strage repertum
 Attollunt fidi mœsto clamore sodales,
 Semianimè: & mixtos reuomentè in sanguine den-
 Vix oculis infusa dies, & pondere uasto (tes.
 Fractus, anhelanti singultit pectore thorax:
 Restitui pugnae tamen orat, & arma reposcit.
 Ni circumfusum cogat desistere uulgus
 Tendentem palmas, & non sua uulnera flentem.
 Liber abit: tanti sed pressus mole doloris,
 Seu a catenatus quàm si inter uimela sederet.
 Quid Marcelle gemis? uicisti uictus, & amplum
Ista leuis lucrum uestro iactura refudit
Imperio. nam dum circa te bella morantur,
Tuta retro æstiuas collegit Brixia messes.
 Scilicet haud alijs uenturam tempore tanto
 Auxilijs latura famem, nec nobile fidi
 Aequatura decus, fato meliore, Sagunti.
 An cessisse pudet? sic cessit prodigus alti
 Sanguinis Othryades: sic ausus claudere Medis
 Thermopylas: ulti sic regia crimina Bruti:
 Mutius & flammis spectatus, Cocles in undis.
 Purior aduersis uirtus nitet, aspera fortes
Ostendunt, nunquam uerum foelicibus actis

Nota

Fans

Fama dedit titulum. Si te tua facta remordent,
 Dux ea miratur Marias, stupet Itala tellus.
 Patria quam laudet, rerum mox summa probabit
 Auspicijs permissa tuis. I uertice recto,
 Vultu hilari: magno mitescit fœnore, diuim
 Ira: semel lesos sors deinde benignior ambit.

Tum uerò ingenti Perusinus turbine ductor
 Regna petit Venetum, non Ollia lymphæ ruentem
 Summouet, & centum prætentæ finibus arces.
 Mittitur angustis iterum succurrere rebus
 Marcellus, summi iam fultus culmine iuris,
 Brixia cum toto pariter cui credita bello.
 Tempore ab hoc, quantos pro libertate labores
 Primus sustulerit, Marci quàm sæpe ruentes
 Fulserit unus opes, si promere singula pergant.
 Antè pater longum componat Cynthius annum,
 Plura aliàs uacui: rerum nunc summa sequamur.

Cõpulerat Venetas Cenomana in mœnia turmas.
 Improba uis Ligurum, nec spes erat ulla salutis.
 Sed simul & castris certum impendebat & urbi
 Maturè exitium. muris uexilla manerent?
 Pascere non poterat tam densum Brixia uulgus,
 Milite, ciue simul, profugis & plena colonis.
 Pugnarent acies? superabat uiribus hostis.
 Cætera præsijs exiret turba relictis?
 Peruigil hinc alpes, camporum hinc plana tenebat
 Aemulus, & medias Benaci obstruxerat undas.

Vt

Vt uia nec trepido cursori tuta patêret,
 Nedum tanta ullo possent euadere furto
 Milia: Marcellus tamen atra noctis in umbra,
 Inuia per nemorum, per acutis aspera petris
 Culmina, per multo ualles torrente sonoras,
 Per uarios hostes, & tela mimantia mortem,
 Aligero non uectus equo, non axe draconum,
 Nec Tegæa ferens nexis talaria plantis:
 Sed generosa pia succensus pectora flamma,
 Obsessam primùm solus penetravit in urbem.
 Confiteor, potui nebulam prætereire ituro,
 Vt Cytherea Phrygi: propria nisi laude careret,
 His humana dolis uirtus subnixa deorum.
 Inde ubi communis placuit fuga, rursus in altos
 Prouisurus abit simili discrimine montes:
 Cui ponenda iugo, uel cui custodia Pomi
 Esset, & insidiæ qua plus à parte cauendæ.
 Omnibus his, sparsos per Rhetica saxa tyrannos,
 Quorum ducenti fuerant per regna manipuli,
 Fallere maius erat: ne quid iurata Philippo
 Barbaries contra strueret, neu cœpta uetaret.
 Horum præcipuum, quem nec celare licebat,
 Nec uitare usquam, miro sibi callidus astu
 Conciliat Paridem, quanta non arte ligarat
 Carpathium quondam proles Phœbeia uatem.
 Tum demum primò reseratis uespere portis
 Educit tacitas Picino absente phalanges.

Nec

Nec tam incredibiles unquam metuente recessus.
 Neu fraudis nomen plusquam uirtutis haberet
 Tam clarum facinus, cæco fortuna periculum
 Miscuit effugio. Paridi nam subdita postquam
 Arua, retro liquere uiri, fragor horridus auris
 Impulit, ac toti fremuere in prælia saltus,
 Seuior & nunquam redijt de rupibus echo.
 Indigenæ duri de summis saxa rotabant
 Collibus, & densa telorum nube premebant.
 Accessere imbres, subitis & turbida nimbis
 Flumina, & assiduas inter ieiunia pugnas.
 Altera lux miseris per tales acta tumultus,
 Altera nox: cum solus opem, solatia solus
 Tu Marcelle dares, tu collaudata foueres
 Vulnera, tu grati præberes pabula uictus
 Inguſtata tibi. Vix tandem tertia tutis
 Defixit campis sacros aurora leones,
 Quingentis hominum, totidem fortassis equorum
 Amiſſis, feſtas iuuat inter uina choreas
 Flectere, uel dulces in ceſpite carpere ſomnos:
 Aut exhaustorum ſeriem garrire malorum.
 Marcellum hæc inter memori ſic uoce canebant,
 Populea madidum crimem uelante corona.
 Sancte parens, tu nos medijs è faucibus orci
 Eripis, & patriam ſeruato milite ſeruas.
 Quæ tantis laurus, quæ ciuica digna rependi
 Eualeat meritis? non ſi Daphnones Orontis,

Non



Non ſi tota tuos cingat Dodona capillos,
 Sit ſatis, & ſacræ ludant per tempora glandes.
 Tu Cato, tu Xenophō: Scythica hic ꝑ frigora Gra-
 Egit reliquias, illum in feruoribus Afris (ias
 Dipsas, & innocuo baſiliſcus lumine fugit.
 Tot tibi ceſſerunt ſcopuli, tot tela, tot amnes:
 Te duce uel Nili ſecretos quærerere fontes,
 Te duce Sarmaticas auſim calcare pruinas.
 Tu mihi tu ſemper numen: tibi uota quotannis
 Martis ad armifoni, caſtæ uè ad Palladis aras
 Rite ſeram, ſeros & ferre iubebo nepotes.
 Huc ades, & noſtris paulum tua ſeria ludis
 Solue, propinati neu munera temne falerni:
 Quam tu contigeris pateram, mihi ſacræ manebit:
 Hic mihi nectar erit, quem tu libaris Iacchum.
 Securæ tali reſonant Pæane cohortes.
 At non propterea reſpirat Brixia proſuſus:
 Sed licet infeſtus foſſis Ligur incubet ipſis,
 Preſenti uicina fames plus hoſte timetur.
 Marcellus (ne qua penitus ſibi parte uacillet
 Publica res) monitis opus admirabile noſtris
 Concipit, exemplum reſerat cui nulla uetuſtas:
 Per colles tractam Bænaco immittere claſſem,
 Quæ ſimul annonam ſeptis, ſimul arma miniſtret.
 Hanc unam interea rebus ſuperèſſe medelam,
 Dum maiore manu tepido mox uere coacta,
 Inſenſos totis deturbent ſinibus angues.

E

Certa

Certa sed obstabant cœptis loca, proinde reſectos
 Ducit eò cuneos: capitur Cornaria primùm,
 Dura dein capitur cum Nagi Pœneda burgo,
 Adduntur posita Benaci littore in ipſo
 Torbolia, tuta portum ſtatione daturæ.
 Iam uerò & naues ſtabant ſub montibus altis,
 Quas ex Hadriaco ſuſceptas æquore, multa
 Mole per aduerſas Ateſis ſubuerat undas.
 Quamquam omnes, queis res uifa aut audita, furorẽ
 Illius orſa uocent. Quin iam negat ordo fabriliſ
 Artiſices uano dextras adhibere labori,
 Suggestit & lentè mala diffidentia, quicquid
 Præcipitur: ridere hoſtes, miſereſcere amici,
 Improba ueſanus conuicia fundere liuor.
 Non tamen his quicquam grauitas Marcellia nugis
 Tangitur, aut ponit rumores ante ſalutem.
 Nec mora, correpta ſuccinctus & ipſe bipenni,
 Herculeas ſtruit antè uias. ſilueſtria cæſis
 Subſidum montana iugis: quod demitur illinc,
 In ſubiecta cadens, ualles exæquat hiulcas:
 Tota loci facies alia eſt, genus omne ferarum
 Diffugit, & querunt habitata cubilia Fauni,
 Nec ſua mirantes agnoſcunt luſtra Napeæ.
 Qualis Abydenam ſiccis ubi Dorida planis
 Calcavit Xerxes, uerſa præpoſterus ira
 Fregit Athon: & qua iacuit leo nuper, & urſus,
 Ignota admiſſo uolitant iam carbafa Pomo.
 Qualis & in Latium deducens Punica ſeuus

Monſtra Libys, ruptam ſibi cedere cõpulis Alpem.
 Cum ſilices putuère rogis, & torrida flammis
 Saxa, ſuperfuſi frigus diſſoluit aceti.
 Poſtquam indignantes hominum ueſtigia rupes
 Edidicere pati, longo ſuper ardua lapſu
 Ductilis impoſitas promouit machina puppes.
 Quò non mortaliſ penetret ſolertia curæ?
 Quadrata aduexam tollentia robora nauem
 Vncta uolubilibus ſubigit uertigo cylindris.
 Nec niſi ueliuolo ſolita inſultare profundo
 Lubrica, per tumulos reptat, per teſqua triremis.
 Diriguere dei, rerum periſſe tenorem
 Proclamat natura parens, ac fulmina ſupplex
 Flagitet, Oſſea ceu ruruſus mole prematur
 Pelion, & celi iam uertice nixus Olympi
 Sidera centeno lambat ſerpente Typhœus:
 Ni pater omnipotens Parcas teſtatus, ab alto
 Soletur trepidam, non cœlo bella parari,
 Terrenis proprios ſed genibus eſſe labores,
 Talia fortuna moliri urgente coactis.
 Difficiliſ trabibus ſuit in ſublime cacumen
 Aſcenſus, grauior ſed erat deſcenſus in imum
 Supremo de monte lacum: non ulla tenebant
 Vincula, ne uaſto rueret per prona tumultu.
 Quin una abruptis effugit libera nodis.
 Mille ſimul fruſtrata manus, & turbine tanto
 Per decliue latus canum decurrit in equor:

Quanto, dimissis præceps si Phœbus habenis,
 Luciferas medio cum flexit ab axe quadrigas,
 Tethyos Hesperiaë discussis incidat undis,
 Totus & in spissatemo condatur arena,
 Elisis spumet conspersus fluctibus Atlas.
 Haud secus ingenti Banacus fauce dehiscens,
 Nunquam conspectas ostendit funditus algas.
 Tauromenitanas non altius atra Charybdis
 Ructat aquas: Scythicus nec sic ferit æthera Nereus
 Cum gemina alternis coijt Symplegas in ictus.
 Frondosi maduere apices: tum littora pulsu
 Icta tremunt, ac stagna uadis illisa resultant.
 Naiades & pauida gremium subiere paternum:
 Exanimés summo fluitarunt gurgite pisces.
 Ipsa illesa tamen (dictu mirabile) mansit
 Me seruante, ratis. Parili neu deinde ruina
 Exciderent reliquæ, docui quo more cauerent.
 Fortè iugum nostris latè frondebat oliuis,
 Arbore quam multa florens mihi semper Hymettus
 Canet, & aprici dorsum præpingue Taburni.
 His ego mutata nulli agnoscenda figura,
 Stipitibus, crassos monstraui obuoluere funes:
 Neu ualido attritu subito incandescere possent,
 Assiduè infusis monui defendere lymphis.
 Nunc etiam, facti ne non monumenta supersint,
 Vulnera rugosos signant immania truncos.
 Sic tandem immissa pelagus tenuère liburnæ.

Quas

Quas nondum campis innare liquentibus omnes,
 Dum putat, exactos interpellare labores
 Aggreditur terris frustra Picininus & undis.
 Prouida turrito Marcelli industria uallo
 Munierat portum, longis & cornibus actis
 Vltima transuersa præcluserat ora catena:
 Intus inoffensas armat plebs nautica proras:
 Plurimus at uigilat per propugnacula custos.
 Lethiferas hic curua iacit balista sagittas:
 Sulfureo hic crebrum torquetur puluere fulmen.
 Ergo intra teli uix ausæ accedere iactum,
 Aduersæ facili pinus cessere repulsi:
 Nec tinxere lacum, sed humum tinxere cruores,
 Acrior & solidis in montibus arsit Enyo:
 Marcellus siquidem uenturi haud inscius hostis,
 Robore collecto cliuos insederat altos.
 Hos locus, ast illos numerus iuuat: astra lacepsit
 Bellicus, & longè præmit æra sonantia, clamor,
 Illinc scandentum, scandentes inde uetantum:
 Sustinuit primo tantum certamine pugnam
 Dux Venetus, totis uoluit nec uiribus uti.
 Mox cum iam seros caneres Picinine receptus,
 Incubuit denso cedentibus agmine turmis
 Pone retentus eques: nec non & proxima signo
 Effudère dato pedites castella repostos.
 Tum uersi Insubres: tunc ingens edita ferro
 Certatim strages: ut latè uallibus imis

F 3

In uada

In uada sanguinei fluerebant Banacia riui,
 Deserit infausto calcatos omne colles,
 Pulsus & in campos fertur Perusinus apertos,
 Mantua qua iunctis Veronam finibus urget.
 Noster penè omni dimisso milite in urbem
 Cum ducibus cunctis (ne quid pars illa labaret)
 Ipse suam leto scandit cum remige classem:
 Peruolat & rapido Banaci littora cursu,
 Multa super curuis uictor capit oppida ripis:
 Subsidium Paridi, uallatis porrigit escas.
 Interca primi Piciminus lumine ueris,
 Opportuna suo speculatus tempora uoto,
 Quòd non ulla prius tot bellis uiderat etas,
 Trans Atesim sese nec opinio conijcit ausu:
 Hadriacæ medio natem licet amne biremes,
 Tenderet & citra Venetorum exercitus omnis,
 Tam graue momentum Marcelli absentia rebus
 Attulit: & patuit, quantum penderet in uno.
 Captæ continuò puppes: terrestria totis
 Agmina pulsa uadis, turpes petiere latebras.
 Discurrit latos nullo prohibente per agros
 Trux Ligur, & geminæ possesso margine ripæ
 Proxima cuncta rapit: nec Veronensia tantum
 Victorem passis admittunt oppida portis,
 Sed Vincentinas haud serius occupat arces.
 Tunc & Arestæ feros, extremus & horruit hydros
 Mons Sicilis: piget Euganeos quæ Bacchilo saltus.

Terz

Terminat, & mistas Aponi refrigerat undas:
 Ipsa Antenoreis tellus fundata colonis
 Saxa super triplices congescit plurima muros.
 Illicet attoniti tanto discrimine patres,
 Sforcigenæ magni, procul à Picentibus aruis
 Sollicitant uires, & iunctas foedere gentes
 Auxilio implorant, non solos uelle Philippum
 Perdere Marcicolas, Genuæ haud leuiora minari,
 Aeterno in Tuscos odio flagrare, nec ipsam
 Passurum Romam Petri seruire cathedræ:
 Communem restinguendum communiter ignem.
 Tum, quæ sola obiter superest medicina pericli,
 Marcellum: quamuis tunc te Banace domantem
 Precipue, ac socijs uectantem pabula clausis,
 Alpibus & fuso rursus hoste trophæa leuantem:
 Veronæ edicunt postponere cuncta tuendæ.
 Digressu illius subito Montana rebellant
 Omnia: rara fides uictis, terrore remoto.
 Auentu contra pavidos Verona tumultus
 Comprimit, & fractas reficit fiducia mentes,
 Cuncta obeunte uiro uigilantibus ordine curis.
 Sic depulsa, instans urbi certissima clades.
 Sic intra mensem Piciminus ab urbe repulsus
 Submisit post damna minas, turbauit & alter
 Feruida corda timor: quòd adest iam Sforcus heros
 Publica signa ferens, sociæ cui summa potestas
 Tradita militiæ. Non is densissima solum

F 4

Agni-

Agmina, sed secum fortunam & numina agebat:
 Tunc tamen in primis tardatus cursibus hæsit,
 Longum Breme tuis uetitus succedere tectis.
 Nam uaser antè uias uenienti obseperat omnes
 Hostis, & incipiens supremi à colle Soaui
 Latè per medios Athesina ad flumina campos
 Duxerat immanem (uix credent secula) fossam:
 Secula uix credent, sed adhuc uestigia restant.
 Ergo nihil tantis stipatus millibus, auro
 Conductus tanto, clarum super æthera nomen,
 Ille nouus poterat Venetis succurrere Pyrrhus.
 Sed ueluti spectans, non tractans bella, iacebat
 Irritus ingentis cœpti: & iacuisset in æuum,
 Si non Marcellus (cui iam, ceu propria uirtus,
 Arctarum dueros rerum dissoluere nodos,
 Nec solitas aperire uias) clam nocte silenti
 Mœnibus egrediens, læuas abiisset in alpes,
 Sub iuga montanos passim misisset agrestes,
 Claustra relaxasset Caudinis æmula furcis:
 Fræsidia in tumultis simul opportuna locasset,
 Castra per anfractus penetrasset Sfortia longos,
 Optatum monstrasset iter. Tum limite tuto
 Traductæ raptim nemorosa per auia turmæ:
 Rursus & edomiti scopuli. Picininus ut altis
 Arma uibrare iugis, & se circumdare uidit:
 Obijcibus uanis, ac dijs diffusus iniquis,
 Euolat, et relegit modò quem transmiserat annem. }

Hic

Hic ubi iam rebus leuior metus, Urbica fesso
 Ocia Marcello post tot concessa labores:
 Non diuturna tamen, solum quippe aduena ductor
 Hunc cupit, hunc tantis unum reflagitat actis
 Collegam, & pugnas alio consorte recusat.
 Quin & cauliferum cum lentior ante sederet
 Geuion, haud alio potuit suadente moueri,
 Iret ut in montes, & opem tibi Brixia ferret.

Scanduntur rigida iam brumæ tempore cautes,
 Benaci qua sacra rapax caput intrat amœni:
 Tempus & obsessæ per proxima mittitur urbi
 Victus, ut à Mella castris alimenta redirent.

Impatiens Perusinus adest, & prælia læuis
 Conserit auspicijs: maiori sanguine nunquam
 Egelidæ caluere alpes. quin ipse catenas
 Haudquaquam effugiat, tacito nisi missus Olympo
 Frater Atlantiades (parearum ita fila iubebant)
 Eripiat sacri contactum nube galeri.
 Nec solum asportet medios impune per hostes,
 Insuper & subitis Veronam inuadere donet
 Fraudibus: O cæci mira inconstantia Martis.
 Ille modò planè uictus, propè uincula passus,
 Possidet ecce dolo, quam ui non ceperat urbem:
 Illatam referens grauiori uulnere plagam,
 Inter & arma docens nimium non fidere letis.

Territus horrenda famæ nouitate sinistra
 Sforciades: Arsa circumactis ualle manipulis

E s Vincen-

Vincentina procul transcendere in arua parabat.
 Verum hac intrepidus fugientem uoce retraxit
 Marcellus. Lariæ dux ô clarissime gentis
 Quò tibi confusam tulerunt mala numina mentem?
 Per tales ut tanta uias euoluere tentes
 Agmina, queis Cilicum fauces, & Casspia cedant
 Limina? præcipites labentur ad ima cohortes
 Sponte sua. quòd si steterit ferus incola contra,
 Multa unus solis prohibebit millia saxis:
 Si facilis nos cura sumus, miserere tuorum:
 Sin proprium decus, et Veretū fata ultima tangunt,
 Veronā uexilla refer: non tota tenetur,
 Tres superant arces, manet una imperdita certè
 Porta: fauet Marco tanti pars optima uulgi.
 Festina, & dubijs etiam nunc hostibus insta:
 Dum nondum fixere pedem, mora sola triumphū
 Abstulerit: poteris, tu tantum posse putato.
 Respectus fac deesse alios, cui linqvis amatam
 Seuus Ioannam? cui dulcia pignora natos?
 Deposita tibi fida tuum Verona resignat,
 Si recipis non ulla magis mouere labentem
 Hortamenta animum. uulsis ciet agmina signis:
 Nec quisquam urgenti satis accelerare uidetur.
 Vt Ganymedeæ uolucris famosa rapina,
 Cum procul incubuit prædæ: si fortè relictis
 Cæruleum nidis uidet arrepsisse draconem,
 Pressa alas, uentos secat, & sua fulmina transit.

Manè

Manè iter ingressi, noctem iunxere labori,
 Mox iterum iunxere diem, dum tarda sub armis
 Vix agitur per saxa phalanx. Verona sonoro
 Non æquè diuisa Atesi, quæ uergit in austros
 Plana iacet, uetus occiduis arx addita muris,
 Martius Eois Romano nomine campus.
 Oceano mergi uetitas qua suspicit arctos,
 Præruptis geminas attollit collibus arces:
 Sed spacio breuiore sedet, pons plurimus acri
 Impositus fluuio, partes consederat ambas.
 Si per plana acies Marcello hortante subissent,
 Tota resumpta semel foret urbs, cōprensus et hostis.
 Montanos sua Picenum Ioanna coëgit
 Introitus præferre ducem. Iam summa iugorum
 Deciduo pronus feriebat lumine Titan:
 Illa propinquantes uidit cum prima cateruas,
 Prima procul notum monstrauit in agmine conum,
 Prima cauo turre sonitum dedit ære per altas,
 Stridula tum properè decurrens limina pandit.
 Nec sexum pudor, aut animum formido moratur,
 Quam cōplexus amans thalamos et strata capescit.
 Marcellus (quanquã tenebris iam cūcta nigrescant)
 Sicut erat, recto tendens ad flumina cursu,
 Nauigerum prendit (sic nuncupat incola) pontem.
 Hinc portam, quæ iuncta petit: sed lignea crates
 Arcuit ingressum. Sarmenta hūc ocyus, inquit,
 Ferte uiri: & claustris oblatos subijcit ignes,

Telo

Telorum ex alto nimbi de more pluentum
 Securus: nec adhuc Vulcani sederat ardor,
 Cum sese medias pressis calcaribus acto
 Per flammam traiecit equo: chlamys usta fauillis
 Horruit, & summas læsere incendia cristas.
 Paulum cunctati comites, dum Mulciber atros
 Corruit in cineres, magno clamore sequuntur,
 Clara ferit Marci repetitum sidera nomen.
 Accurrunt, tandem posita formidine, ciues:
 Certatim inuictæ figentes oscula dextræ.
 Mittitur & creber, ductorem ex arce supremæ
 Qui uocet, ac partæ iubeat succedere laudi.
 Iam cruor Insubrum plateas infecerat omnes,
 Iam Marcelle foro uictricia signa locaras:
 Cum tam præsentem uix credens Sforcia diuos
 Aduenit: & Salue Latialis certa Quirini
 Stirps, ait, ac Veneti reparator maxime regni.
 Vox erat in cursu, uolucer cum nuncius affert
 Incensa furtim Picinimum ex urbe profectum.
 Nec minus undantes glomerato turbine fumos
 Prospiciunt ipsi centum consurgere tectis.
 Diuiditur bellum, seuas extinguere flammam
 Cura datur pediti: fugientum carpere uelox
 Terga iubetur eques: sed caligantibus alis
 Quæ textit profugos, nox est remorata sequentes.
 Cætera tum somno refouet sua membra iuuentus.
 Marcellus reliquos portis ac turribus hostes

Detra-

Detrahit, & Marci sub leges cuncta reducit,
 Antè piger flectat quàm frigida plaustra Bootes.
 Sed maiora uiro certamina præbuit ipsis
 Cum socijs mox orta dies: effrena receptam
 Castrorum improbitas spoliabat turpiter urbem,
 Infestis & pax saeuibat tristior armis,
 Per miseræ sine fine domos, per templa deorum.
 Non tulit ille ferox, & multa cæde nocentes
 Compescens: una potuit sub luce mereri,
 Ut se bis patriæ dicat Verona parentem.

Fama noui, rapida pernicio alite, facti
 Trans & Gargaridū populos & Atlanta cucurrit,
 Mille canens pariter Marcellia nomina linguis,
 Ipse (duci lætas ageret cum curia grates)
 Piceni domitor: Non hæc mihi debita, dixit,
 Gratia, quid nobis aliena adscribitis? hic est
 Vnus qui uobis ~~properando~~ restituit rem: *Ennius. Cum*
 Huic ueluti Mario latices libate Lyaos:
 Huic omnes soli ueterum conferte coronas:
 Hunc cum uallari rostrata insigniat auro,
 Vinciat hunc mixto criminalis gramine murus:
 Hunc Iouis, et Paphies, & Apollinis ambiat arbor,
 Palladia satis est alios si cingitis umbra.
 Haud equidem mihi uilis honos, si uera fateri
 Conscia mens subigit: potior nunc gloria nobis,
 Inuidia caruisse, decus nec carpere amici. *Nota*
 Talibus astantem titulis ornabat, at illi

Dicta

Dicta retorquenti roseus pudor ora notabat.

Non ego nunc iterum conscensas eloquar alpes,
Nec fractum rursus Picimum in collibus altis.
Sed magis à Veneto reuocatum Marte tyranni
Imperijs, & mox Hetrusca ad praelia missum.

Spem dederat multus Tyrrheni sanguinis exul,
Posse Philippeo Lydos accedere regno,
Si raptim uersis Boiorum à finibus armis
Syllana admoto quaterentur moenia bello.

Callida quos hausit postquam Eloquentia motus,
Se simul & socias ciet ad tutamina uires.

Eugenius Latio patriarchum à Tibride legat,
Mille sagittiferos Phaëtonis condita fratri
Vrbs adicit: claris spectatum Troilon actis
Piceno metuens adiungit Sforcia proles.

Quem, nisi Marcellum, Venetis misisse licebit,
Sicubi dura uocant: tantorum Hetruria dextris
Tunc defensa ducum, patrijs hostilia fixit
Insuper arma deis, & pompas egit ouantes.

Haud minor interea per Gallica rura, Gradini
Impetus, & Liguri similis fortuna chelydro:

Nam simulac uernæ spirarunt mitius aura,
Dum Picinus abest: numero tam Sforcus heros,
Quam uirtute prior, gelidis non rupibus ultra
Utitur in pugnas: sed in arua patentia sese
Fundit, arundifero quæ Mincius amne pererrat,
Mincius æterni fama celebratus alumni,

Mincius

Mincius Aonia Permessi sanctior unda.
Transgressum, tortis horrens exercitus hydris
Excipit occursum. Dux Italianus agebat,
Acer tractandis, sed non & prosper, in armis.
Tunc etiam sua fata uiro, superatus, & ipsis
Exutus castris, longi te Brixia soluit
Obsidione metus: & quicquid penè quaternis
Perdideras annis, spacium tibi reddidit horæ.
Nec dispar Martis Benaco euentus in alto:
Totus & hic uicta reparatus classe Philippi,
Marcellus sed causa boni, Marcellus origo:
Qui primùm siccas per devia saxa carinas
Vexit, & ob patriam naturæ foedera rupit,
Post etiam plures densa circum abiete cæsa
Struxit, & in lymphas saltus nudauit opacos.

Is tam Maonio uictor remeabat ab Arno,
Obuia cum reduci patrum mandata Rauennam
Declinare iubent: sensisse inhiare rapacem
Quippe loco Ligurem, nec tam exitiale futurum
Quicquam Marcicolis, Hadriæ sulcantibus æquor,
Inuolet æquoream quàm si grauis amulus urbem.
Quod contra imbellem pronum satis esse potenti,
Versuto contra stolidum: nam fortè Rauennæ
Tum præerat (si præesse potest ignauus & excors)
Iure clientele Venetis obstrictus auitæ
Ostasius, ueteris generosus stirpe Polentæ,
Ille quidem: nostro uacuis sed munere mentem.

Hinc

Hinc misero insidias uicini tendere: uulgus
 Hinc dedignari frenos, præponere quoduis
 Seruitium, fœdæ stulti rectoris habenæ,
 Omnia discordi passim miscere tumultu.
 Ceu pueri indociles studijs per pulpita omisissis
 Cum rixas iniere: uolant per inane libelli
 Protinus, & nigros spargentia cornua nimbos.
 Si grauis excitus rauco clamore magister
 Cum ferula, & solitis apparuit horridus armis,
 Compositi mussant, & nota flagella trementes,
 Respiciunt: sidit motus modò turbine puluis.
 Sic ubi Marcelli uenerabilis illa refulsit
 Maiestas, posuere iræ: compressa furentis
 Seditio populi: non bella forensia tota
 Luce fremunt: nulli grassantur nocte latrones:
 Certior excubijs it tessera, iam suus æquo
 Est tenor: irrisas metunt iam crimina poenas.
 Venturam ciues Marci sub iura Rauennam
 Crediderant: & eo Marcellum nomine missum.
 Ergo alacres animis, & dedere cuncta parati
 Conueniunt, fremitu quos atria celsa petentis
 Terruit exiliens (quanquam ægros læserat artus
 Crassior aura loci) non hæc sibi iussa uerendis
 A patribus, sed uti peregrina pericula longè
 Arceat, & populum pariter cum principe seruet
 Incolumem: tanti Venetis non esse Rauennam,
 Ut circumscripto sic infamentur amico.

His

His semel, his iterum moniti cessere parumper:
 Illum admirantes, illum astris laude ferentes
 Multiplici tandem seniorum lectior ordo
 Vnanimæ decreta ferens communia plebis,
 Soli sceptriferos urbis commendat honores.
 Alter quod uotis deposceret, ipse rogatus
 Suscipiat diuos neu temnat sponte uocantes,
 Parentem fatuo, nulli parere Rauennam
 Aestimet, & uacua solum sibi uindictæ aula.
 Aut sciat inuitam sese hanc donare Philippo.
 Cœperat instantes placidis auertere dictis:
 Cum medias supplex abruptit turba loquelas.
 Arma micare foro, nec iam reuocabile factum
 Vociferans: acres tum uerò exarsit in iras
 Feruidus, & uirgis implexas uoce tremenda
 Iussit ab exerto stringi lictore secures,
 Citra supplicium solo terrore timeri
 Suetus, & humano tantum ultima sanguine curans.
 Dilapsi extemplò: tamen haud formidine tantum
 Intremuere necis, quantum stupuere repulsa:
 Esse aliquem in terris, hoc qui regnare sub æuo
 Abnuat, & precibus tantis oblata recuset,
 Quæ sibi ui raptant reliqui, sitis improba quorum
 Omnia sacrati confundit uincula iuris:
 In patriam ciues, in pignora sepe parentes
 Suscitat, & diros germanis induit enses.
 Par utinam cunctis animus: non classibus undæ,

G

Non

Non fremerent campi radiantibus ære cateruis.
 Vulnifica soli streperent incide ligones,
 Nil seuum cudente fabro, Saturnia gentes
 Inclusæ haud ullis agitarent ocia muris:
 Mors homini longæ succederet unica uite.
 Rursus & in terras descenderet aurea uirgo.
 Quamquam haud sola fuit nostri hæc insignis alūni
 Temperies: quoties rutilantis grandia massæ
 Pondera, ceu uilis cumulum despexit arenæ?
 Venerat ad Paridem, fugituris poscere turmis
 Transgressum, tacito spondendi plurima fultus
 Arbitrio, gratis si forsitan ille negasset.
 Senserat ista Paris: tum Pyrrhi fraude secundum
 Tentat Fabricium, partiri lucra paciscens.
 Marcellus ueteris non se modò labe Gylippi
 Abstinuit, sed nec Paridem nisi blanda loquendo
 Flexit, & ingentem patriæ seruauit aceruum.
 Sforcia Veronam populabat turba receptam:
 Mandauere patres redimi tot milibus urbem,
 Aut medio pugnare foro, nisi ductor iniquos
 Prædones cohibere paret: secreta Senatus
 Sforciades aliquo deprendit iussa susurro.
 Haud mora, commissum uelut ipse acceperit aurum,
 Clam dat Marcello, taciturum in secula iurans.
 Non tamen ille magis tam dulci peste moueri
 Eualuit, quam qui Samnitum munera risit,
 Dum coquit in fragili tenuissima prandia testa.

Hæc

Hæc dum diuersis bello uel pace geruntur
 Partibus, autumnos iam torrida cesserat æstas:
 Proxima segnis hyems: primos tantummodo flores
 Mutuus exiguo maculauit sanguine Mauors.
 Tum litui siluere truces, & ferrea Iani
 Claustra, exarmatos paulum tenuere furors.
 Nam fessus tandem post prælia longa Philippus,
 Nec potis ulterius foelices ferre superbi
 Sforciade insultus, patrias se uertit ad artes:
 Promissam spondens iuueni mox tradere natam,
 Insuper & pulchræ solium dotale Cremonæ,
 Inuisum certo medius si foedere bellum
 Terminet, & socero parcat gener. Illius egros
 Expugnam sensus, hinc ambitus, inde libido.
 Iam se Marcicolis socium, iam Insubribus hostem
 Nescit, & ambiguus positus sedet arbiter armis.
 Postquam inter geminas coijt concordia partes,
 Oppida præclarus repetit Picena sequester
 Coniugis & dote potens: Cytheriæ qualis
 Præmia, Dardanius Teraphnæo à littore iudex
 Rettulit, & timida fecit rata somnia matris.
 Vix bene traiectus Rubicon & ouante triumpho
 Nupta maritales noua circumducta per urbes,
 Martia cum subito geniales classica buxos
 Turbarunt. Latius iustas flammatus in iras
 Rapta reposcebat Piceni regna Sacerdos:
 Victor Campanis iuuat hunc Alfonso ab oris.

G 2 N8

Nuper depulso patuit cui capta Renato
 Parthenope: iuuat & generi memor offensarum
 Trux Galeatiades, & Celtica damna rependit.
 Non tamen illa acie, sed paupertate subactus
 Vincitur, & cunctis latè miserabilis errat,
 Præterquam socero: tantæ quem pœnitent unum
 Vindictæ, haud ullum capiunt odia improba finem,
 Dum superest aliquid misero, quod perdere possit.
 Ergo data immeritum tendit spoliare Cremona.
 Prœuidus hanc olim Venetis commiserat Heros
 Tutandam, metuens cognati toxicon anguis.

Hac iterum causa discussum pacis amicæ
 Fœdus, & ad capulos dextræ rediere minaces:
 His commendatam studio retinentibus omni,
 Ad breue concessam tempus iactante Philippo:
 Non tamen hic ullus superûm fauor, impia sanctas
 Iustitiæ aduersus tentantem prælia leges,
 Destituere dei: siue illos causa fugauit,
 Vltima seu Parca iam nentes fila tyranno,
 Seu duce mutato castris Fortuna recessit.
 Nam raptò Stygias Picinimo nuper ad undas,
 Filius Insubrum Franciscus signa regebat:
 Tam minor ingenio patris, quàm robore maior.
 Sed quid corporeæ profunt ad talia uires?
 Mentis opus regimen, Venetis: æquissima contra
 Bellandi ratio, fati adiuta secundis:
 Dux simul, & diuos potis emendare sinistros,

Marcel-

Marcellus. ueterum patrio de more Quiritum
 Ille quidem pacis studijs per rura uacabat,
 Iam pridem Gradiue tibi pendentibus armis
 Emeritus: stiuæ iuuat assudare prehensæ,
 Aut propagatam scrobibus defigere uitem:
 Ipse manum sentit foelicem palmes, & ipsæ
 Patricio rursus gaudent cultore nouales.
 Sin rediturorum series dilata laborum,
 Libera Achilleis indulgent ocia plectris.
 Fraxinea quoties modulantem dulce sub umbra,
 Athides argutæ pressis stupuere querelis:
 Mulcendas quoties cantanti præbuit aures,
 Quæ modò uenantem fugitarat turba ferarum?
 Tunc etiam istorum quiddam secretus agebat,
 Cùm subitos fasces festinus ab urbe satelles
 Obtulit, & letis strepuere tumultibus ædes.
 Haud secus intonsum medijs quæsiuit in aruis
 Dictatura senem: modici squalentia campi
 Iugera, præduris uersabat fortè lacertis:
 Ecce repentinus cunctanti rastra uiator
 Excudit, & trabeas humeris sudantibus aptat,
 Sceptra simul tradit. Iam cesserat ore uerendo
 Sordida rusticitas, iam respondebat honori
 Maiestas formæ, trepidos noua purpura tauros
 Terret, & insolito rerum fulgore pauentes
 Mutatum nati dubitant agnoscere patrem,
 Quintius & qua sit, ueniens interrogat uxor.

G 3

Ta-

Talis tunc posita Prætoria falce petebat
 Marcellus: sparsos primùm in statura maniplos
 Colligit, occurrunt procul, & uenerantur ouantes,
 Nec dubios illo sperant rectore triumphos.
 Dum properat, non ære grauis, non munere diues
 Venerat: haud aliter tamen illi edicta faceffunt,
 Quàm si mercedes, & donatiua tuliffent:
 Tanta fides uni, tantum uel parcus amatur.
 Credere quis poterit? uenalis in omnia pubes,
 Nec nisi depenso prius unquam mobilis auro:
 Non ullis fuluæ donis illecta monetæ,
 Sed placido uultu, sed blanda uocè iubentis,
 Certatim arma rapit, certatim æstiuâ relinquit,
 Certatim in cuneos agitur. pars ultima uulgi
 Lentarum timidè ueniam petiere morarum:
 Respuat ille preces, sed adhuc conflagere patrum
 Interdicta uetant. si uerbis ante Philippus
 Flectatur, crudum stimulent quàm classica Martem.
 Ut tandem uario protractos longius astu
 Legatos, regredi fraus intellecta coegit:
 Tum demum cupidis diuisa pecunia turmis,
 Ductori pariter permissa licentia pugnae.
 Sforciades postquam Picenis sensit in oris
 Missum seruandæ Marcellum ad bella Cremonæ,
 Ignouit Venetis: & tempestiua putauit
 Adiumenta suis decreta hoc præside rebus:
 Ante queri solitus, tardis sua damna leuari

Sub-

Subsidijs, ac iura palàm socialia rumpi.
 Nec Ligurum ulterius discurrunt agmina passim,
 Aut prædas meditantur agris, aut oppida pandunt,
 Aut urbis clausæ portas uelitantur ad ipsas:
 Sed procul in tuta sese statione recondunt.
 Insula non paribus magni circumflua ramis
 Prominet Eridani, citra minor alluit amnis:
 Ripa sed interior præruptas ardua moles
 Vorticibus subadesa leuat: tum spinea primos
 Dumeta obducunt aditus, post herbida longo
 Planicies spacio patulum se extendit in æquor.
 Neu desit liber partes egressus in ambas,
 Diuiduæ totidem nectuntur pontibus undæ.
 Pabula iumentis largè locus ipse ministrat:
 Cætera nauigijs accedit copia rerum.
 His sedet in claustris, plus hoc petitura iuuentus,
 Quo melius uallata fuit. Sors nulla pericli
 Deterior, nullum quàm formidare periculum.
 Quis pudor, ignaui, campo non credere aperto?
 Nec perferre animis, numero quem uincitis hostem?
 Non latebræ tutos faciunt, sed prouida uirtus:
 Stulta satis nullo munitur inertia muro.
 Vos licet hinc Ganges, hinc intraiectus Araxes,
 Vos Tanais tota gelidus Meotide cingat,
 Vos Styx gurgitibus liget interfusa nouenis:
 Inueniet Marcellus iter. Cui stringere ferrum
 Sponte nimis prono, postquam timor hosticus acres

G 4

Adiecit

Adiecit stimulos, notat aptum inuadere tempus
 Confisos septis, nec quicquam tale uerentes:
 Arte tegens tanta coeptorum arcana suorum,
 Ut se explorari prudens patiatur, & ultro
 Imperet hostiles duci per castra Dolonas,
 Venturi nullam speciem praebentia motus,
 Sed mensas inter uario strepitantia lusu.
 Quos ubi donatos etiam dimisit, & omnes
 Praecipit custode uias: clam murmure nullo
 Armat, & educit structas & promouet alas.
 Franciscus (quamuis, praedae quos cura per agros
 Sparserat, ingemunt Venetum aduetare sub armis,
 Quamuis puluereum piceo se turbine caelum
 Induat) illa tamen nimia formidine fingi
 Iactat, & auctores fame castigat inanis,
 Nil fraudum ratus, & multo securus Iaccho:
 Donec purpurei propius micuere leones,
 Ferreus & contra praestrinxit lumina fulgor.
 Ut leuis afflavit quem forsitan aura secundi
 Fulminis, exanimis iacet, ac se morte teneri
 Credit & ipse, tremunt reduces in pectore sensus:
 Non dum aperire oculos tamen, aut exurgere fudit.
 Sic stupuit iuuenis. uix tandem uoce reuersa,
 Ite (ait) infaustum citius rescindite pontem,
 Ite mei: stantem nam spesiam nulla tueri,
 Aut opus interea reliquum se armauerit agmen.
 Talia dum rauco pallens tonat ore, reuulsi

Iam

Iam fluuio innabant plutei: nec scandere pernix
 Integra gentilis potuit tabulata, sed egit
 Tam paruum paruo staret ne sanguine lucrum
 Anguigeris: adeo frustrati sauius ardent.
 Postquam improuiso percussos uidit adortu
 Marcellus, totas in flumina lata phalanges
 Praecipitat, captus uada qua monstrauerat index.
 Quis tibi facta uiri paribus nunc omnia dictis
 Explicet? unus obit diuersos mille labores,
 Aegra licet morbo labefactus membra recenti:
 Unus mille duces uarijs discursibus implet:
 Aptis ille locis tormenta ex ordine ponit,
 Quis contra ex alia iacentes parte repellat.
 Ille iter ostendit properantibus, ille morantes
 Arguit, ille ferum primo irrupentibus amnem
 Praemia magnorum non irrita dictat honorum:
 Ille docet placidos ubi mollia littora cliuos
 Demittunt, breuioris ubi minor impetus undae:
 Huc tu Pice nubi spumantes dirige habenas,
 Nuda relucenti qua flauet glarea dorso:
 Quo miser in latices, quo tendis Oliua sinistros?
 Dexterora tene, summas hic purus arenas
 Vix tegit humor, ibi crasso illuctabere coeno.
 Clamat & ante omnes medium secat ipse profundum.
 Tela inter crebrae stridentia grandinis instat,
 Fatorum serie defensus, & agide nostra.
 Ipse manu lituo reuocantes ab ore magistri

G

5

Excusso,

Excusso, ingressis canit irremeabile signum.
 Fit sonus, & scisso crescunt uada turbida fundo.
 Mirantur procul arma uirum, mirantur equorum,
 Naiades, & rubras optant sibi figere pennas.
 Abditus arcano genitor residebat in antro,
 Extulit astriferos tamen ad spectacula uultus:
 Indignans tacite, quod tanta audacia cuiquam,
 Ut regem Hesperidum pedibus proculcet aquarum.
 Hec uolens animo, calidas Deus humidus iras
 Concipit: & tollat fluctus, ni Iuppiter obstat,
 Tantum dijs noto fassus sua numina signo:
 Ergo uiris unda faciles, sed scandere siccum
 Durius: absciso pendebat margine tellus,
 Nec deerat sparsae custodia rara corona,
 Spicula protentis iniectans desuper hastis.
 Quam suus ut terror, uirtus & reppulit horum,
 Circuitus longos, pars & decliua quærunt,
 Pars agili superant etiam sublimia saltu.
 Nec solus multo luctantem uerberere cogit
 Cornipedem sessor, stimulos præeuntis acuto
 Ponè iuuat conto, qui tergum proximus urget.
 Insolitum euectos densa excepere ruborum
 Arbusta, & latè densis uia uepribus horrens.
 Haeserat his pulchrè Venetum fortuna frutetis,
 Cum non attonitus (si res foret) ordine rupto
 Diuulse huc illuc acies, & callibus arctis
 Errabat confusa uago structura meatu,

Ampla

Ampla sed hæc propriae mox reddidit area forma,
 Prima ubi surgebant Liguris temoria ualli.
 Hic tandem iusto coijt certamine Mauors:
 Tunc fragor hastarum cœli crepitare per auras:
 Tunc timire pares collisis ensibus enses:
 Tunc pulse grauibus galeæ subsidere clauis
 In cerebrum, & summus findi clamoribus æther,
 Nunc propellentis uideas, nunc mutua rursus
 Cedemis: dubio sic unda reciproca fluctus
 Ludit, & impulsis non uno flamine culmi,
 Aut inclinantes alterna cacumina syluæ.
 Non tamen equa diu gemini stetit alea fati:
 Quippe externati nec opinio turbine rerum
 Iam pridem Insubres, non multum longa tulerunt
 Prælia: ductores primi insiluere paratas
 Ac soluere rates, reliquum plebs cætera pontem
 Corripuit. Sed quæ trepidi tot milia uulgi
 Lignorum compago ferat? depressa refixis
 Robora sederunt trabibus, salit amnis, & altum
 Immugit circa nemus, ac Phaëtonides alni
 Plurima concussis fuderunt succina truncis.
 Impediunt miseros arma infœlicia nantes,
 Impediunt & equi, fluitant errantia passim
 Scuta uirum, & galeas prohibent descendere coram,
 Neu multis extrema morer, uictoria nostris
 Plena fuit: mersi plures, pars maxima capti
 Ambrosidum; elapsi, quantis satiata pepercit

Iam

Iam manus, & nimis hebetes successibus iræ.
 In tuto discrimen erat: cum castra rapinis
 Tradita, nox donec reditum suaderet. & omnes
 Repleti spolijs, te dux Marcelle remoto,
 Qui ditare alios, quàm tu ditescere mauis:
 Pugnanti prædam, decus inter bella regenti
 Assignans: de tot nec commoda plura triumphis
 Vnquam sortitus, quàm uictum Persea ducens
 Paulus, & euersæ qui spreuit signa Corinthi.
 Ista, Cremonensis quicquid desciuerat agri,
 Aut erat ereptum, momento palma recepit:
 Ista polos ultra Marcellum nomine uexit:
 Nec quisquam terris sonuit tum tantus & alto,
 Ista secuturis latum & procliue trophæis
 Strauit iter. nam cum reliquis iam lenta placerent
 Ocia, Marcellus: non nunc hyemare cohortes
 Tempus, ait, cum leta suos dant carpere fructus.
 Quis probat Hannibalem Cannis ita segniter usum?
 Aut eneruatos Capuæ intra mœnia Pœnos?
 Ne, rogo, ne pereat, quòd rapto miles abundat,
 Quòd stipe mensura, quòd adhuc pars maior opimi
 Est super autumnii. Sic ore effatur, & altum
 Monte mouet facinus, uiolatum Insubribus hydrijs,
 Compensare Atesim Ligurum grauiore ruina.
 Anguigerum sicca celer Addua munit ab Vrfa
 Imperium, tantis Celtarum ex annibus uno
 Nec multum minor Eridano: sic ualte profunda

Sulcat

Sulcat hinc, spacio discedunt littora tanto.
 Huic clandestini textum uectabile pontis
 Inter nocturnas furtim inijcit ille tenebras:
 Trans fluuium misso prius explorare Tiberto.
 Post etiam missis, alia qui parte minantes
 Transgressum, intentos traheret longinquius hostes
 Ars suprema fuit: quòd qui prohibere parabant,
 His suadere fugam, fictum submitit amicum:
 Nullis tecta dolis exegit cætera uirtus.
 Quippe in traiectu medio ueracior affert
 Inspector, duo multifidi restare fluenti
 Brachia: deinde alter, totidem descendere naues,
 Percussum rostris ualeant quæ scindere pontem.
 Tum uerò trepidare omnes: odisse paratus
 Lethiferi inuentum: nullam sperare salutem,
 Ni redeant. tunc & ueterum meminere malorum,
 Prisca recensentes exempla, timore magistro.
 Sæpe olim Venetis tentata ea flumina signis,
 Sed semper summo frustra tentata periclo:
 Nunc primam longè uetitos insistere ripam:
 Nunc mersos auidis iacuisse natantibus escas:
 Seu Gonzaga pius, seu Carmaniola seuerus
 Duceret, à ceptis semper cum strage repulsos.
 Hic eadem uentura, deos si fortè negantes
 Irritent: siue id terræ, siue esse liquori,
 Fatale esse tamen, ne quando hac transeat hostis:
 Nec Marci uexilla datum defigere cuiquam

Hos

Hos ultra latices. quæ dum turbata retractant
 Agmina, Marcellus, Quid uana pauescimus, inquit
 Non ea uis animo, nec tanta superbia uictis,
 Nos ut reijciant: numeratum misimus undas,
 Ne decurrentes possint offendere pinus.
 Præteni facient hæc ipsa ad munera funes,
 Aut illas nudis hærentes forsân arenis
 Corripient nostri: diuo sunt & sua Marco
 Fata, colubriferi fatis meliora Philippi.
 Nunquid hic alter Alis? dubia trasmittere Pean
 Quem me sorte uetet? Pontum temerauit Iason,
 Oceanum Caesar, uacuas homo Dædalus auras:
 Nos breuis exigua retro fuget alueus undæ?
 Esse potest aliquid grauius fortasse regressu:
 Turpius esse nihil, nec quod magis ipse recusem,
 Promptus io tanta caput hoc pro laude pacisci.
 Has inter uoces, captas en fama carinas
 Nunciat, & facili geminos superare canales
 Posse uado, nullos hostes, tuta omnia circum.
 Sic primum intactam bellis tot sæcula terram,
 Præsîde Marcello, Veneti pressere leones.
 iam letus totis quem manè exercitus armis
 Vallat, & inuito propè ui calcaria cingit
 Aurata, & fuluum reliquis cum ornatibus ense,
 Militiæ sublime decus: tanti Addua cunctis
 Sub iuga missus, erat: nihil ut speciosius unquam
 Censerent egisse uirum. sua nam prius illum

Pro-

Propugnasse, at nunc animosam hostilibus aruis
 Iniecisse manum: nempe & Capitolia curru
 Scandebant, certa Latiorum lege Quritum,
 Non qui seruassent, sed qui noua regna parassent.
 Multa huic diuersi tribuere insignia reges
 Sponte sua, in primis modò Parthenopæa Rematus
 Sceptra tenens: post hunc Francorum summa pote-
 Quin et Pannoniæ rector, tua cura, superba, (stas.
 Nobile nuper ei ueterum gestamen auorum
 Comulit adueniens, unde illi in pectore leuo
 Ignea gemmati dependet spira draconis.
 Multis sæpe ordo tituli prouenit equestris.
 De tot præclaris, Marcello pulchrior isto
 Nunquam accessit honos: idem non pulchrius ulli,
 Si bene causa, locus, tempus, modus, omnia recto
 Iudice pendantur. Pudeat, qui talia regum
 In thalamis fortassis emum: & cultibus ipsis
 Turpes dedecorant, quod non meruere metallum,
 Ipse etiam socios æqua uice gratus honorat
 Ductores, cunctis totidem castella uiritim
 Distribuens: sum & reliquæ sua munera publi,
 Inter se precijs quantum distantia causis.
 Nec tu uile puta fluuio noua uincula tali
 Addere: uix ullo claret celebratior actu
 Iulius, Arctoi domito quàm gurgite Rheni.
 Quæ tamen ausorum prior illi gloria, quàm quòd
 Transit? aut fructus potior, quàm sospite sospes

Agni

Agmine quòd redijt? longè hic maiora uidebis.
 Vicinum primò Cassanum inuaditur, illinc
 Saxeus immensos pons ædificatur in arcus:
 Vtlerius ne iam transire uolentibus obstet,
 Hac uelut æterna religatum compede flumen.
 Inde, licet gelido tristis iam bruma Nouembri
 Sub pelles ageret cuneos: tamen omnis opimæ
 Insubrum urbis ager latè percursus, & ingens
 Capta hominum et pecorum necnon opulētia rerū:
 Quin iam lucra satur spernit mediocria miles.
 Iam nisi perfusam fastidit murice uestem:
 Cætera calorum turbæ rapienda relinquit.

Sæpius humanos effrenant prospera sensus:
 Turbida seditio tot prædis inter onustos
 Exarsit. nec iam torres, aut saxa per auras,
 Sed ualidis uibrata ruebant pila lacertis,
 Sed procul impulsæ neruo stridente sagittæ,
 Fistula sed paruum quod torsit ahenea plumbum.
 Nec planè magnis Venetum sine cladibus isset
 Ille dies, ni se (quanquam ora & pectora nudus)
 Marcellus telis properè inseruisset, & armis.
 Temporis & puncto furialis prælia rixæ
 Vultu, uoce, manu, tacita & pacata dedisset.
 Ut cum tranquillæ subiti uis turbinis undas
 Sustulit in scopulos: imis excitus ab antris
 Rex maris, Aeolias fugat in sua claustra procellas.
 Vix emerfit aquis, premit horrida sibila mutus

Auster,

Auster, & erectum Boreas timet ipse tridentem:
 Diffugiunt nubes, & solo mobilis æstu
 Lactea marmorei diffunditur area campi.
 Ille per intactos curru uolat alite fluctus.
 Sic tum uesani sedata amentia motus:
 Nec data lassatis nisi serò hyberna cateruis.
 Ne tamen efferreret timidæ incuria mentes,
 Solueret ignauus neu segnia corpora languor,
 Tunc etiam uarijs agitatum excursibus agmen
 Ticini ad muros. Tunc & tua maxime Bracci
 Stirps Carolus, tantum referens uirtute parentem,
 Gentilis ductu campo deletus aperto,
 Gentilis, quo non Marcello carior alter,
 Nec gestis prior, quantum cœlestia dextræ
 Mortales possunt attingere facta deorum.

Quis tibi tunc, horum fons & causa una malorū,
 Sæue Philippe animus? duplici cum Marte uideres
 Succubuisse tuos, nec iam in confinibus hostem,
 Verum in uisceribus positum, gladio, igne, rapinis,
 Nunc tua uastari, cui prædæ aliena solebant
 Esse prius, latebris clausis noua semper in horas
 Deteriora audis, & famæ irasceris ipsi.
 Nec iam impune tibi tua damna renunciat ullus,
 Hostibus & plus te referentes tristia ledunt.
 Sed quo plus fractæ uires, hoc acrior astus
 Serpenti: si quæ caput ægrum attollere possit,
 Si qua euersorem rerum euertisse suarum,

H

Nocte

Nocte die secum rimatur, & omnia tentat,
 Hinc sicæ insidias, gentilis at inde ueneni.
 Postremò artifices (quarum illi summa facultas,
 Quis tot mollitus rigor, & tot'capta uirum mens,
 Italiae toties quæ turbauere quietem)
 Suggestit illecebras: & grandia munera mittit,
 Munera Publicolas & corruptura Catones.
 Quicquid lanigeris urbs pulchrum condita Gallis
 Cudit, net, tornat, ferro, subtegmine, ligno:
 Quicquid ab orbe alio, terris, humore, metallis,
 Fert, uehit, exhaurit: mercator, nauita, fossor.
 Marcellus tamen his tantum cor præbet & aures,
 Quantum fabellis sopitus anilibus infans.
 Nec magis admittit fallacia dona tyranni;
 Quàm cauta Aeos Ithaci prudentia succos.
 Ille ubi sese aquilæ nimium sublime uolanti
 Nequicquam laqueos intendere sentit inanes,
 Heu genero rursus (Quid non rerû ultima cogit)
 Supplicat & modò quem totis attriuerat armis,
 Inuocat auxilio: ueniam dent ambo uicissim
 Præteritis, adsit socero certissimus orbo
 Heres, & solium natis iam arcessat auitum,
 Nec sinat affini Venetos irrepere regno.
 Spe tanta, & fatis euietus Sforcia diuûm,
 Addit se Liguri: benefacta & fœdera longè
 Marcicolûm laudans, & mille ingratus honorum,
 Nec pro se cœpti paulò memor antè duelli.

Quem

Quem dum colla noua lentè de strage leuantem
 Gallica longinquos tenet inter Sena paratus:
 Presentum indigno solatia cernere cladum
 Visconti, extremam torquentes crimina dire
 Applicuere diem, nam pulso ut frigore primùm:
 Arboribus frondes redierunt, gramina pratis,
 Marcellus paulum circa expugnanda moratus,
 Terræ expugnari poterant loca siqua propinque,
 Continuò tantis summum decus addere factis
 Apparat, & uotis ausus maiora priorum,
 Ipsam illam Mediæ referentem nomina lanæ,
 Admotis urbem statuit pulsare cateruis,
 Obstabant multi. Pone hos Marcelle furores,
 Neue Giganteis conatibus æthera tenta,
 Quin si tale aliquid noctis tibi fingat imago,
 Matutina piet non faustos uictima somnos.
 Tu'ne hanc, Hesperijs qua nulla frequentior oris,
 Obsideas? cum præterea tot, moenia seruent,
 Armata cum pube duces, procul ista faceffant.
 Vnde tuis uictum? post omnia quærimus illud,
 Quantus tam magno petitur discrimine fructus?
 Noster adhæc. Plebs est illic numerosa, fatemur:
 Sed quid cerdonum curabit prælia miles?
 Sunt & relliquæ, sed nobis antè subacti
 Agminis, & uiso tantum uictore trementes.
 Victus erit, mea quem secretò cura parauit,
 Bis detosta Ceres plaustris inuecta ducentis.

H

2

Com-

Commoda succedent, quòd uectigalia, quorum
 Prouentu pollet Ligus, intercepta peribunt:
 Quòd Mariæ inuicti modò formidabile nomen,
 Vile dehinc mundo, tenuem uanescet in umbram,
 Iam si intra muros aliquem consurgere motum
 Accidat, ò quali claudemus bella triumpho?
 Quis spe pro tanta, uel summa pericula uitet?
 Inter uerba, simul tolli uexilla iubebat:
 Nec stetit antè ferox, Lambri quàm fixa locauit
 Castra super ripis. Cælo pars tendit aperto,
 Coniguos fossis pars obtinet hospita uicos.
 Vastatur circum, quicquid uastabile Mauors
 Inuenit: abductos pastor casosue iuencos,
 Vimitor exectas uites, frumenta colonus
 Messoris curuam propè iam poscentia falcem,
 Vel depasta gemit, uel proculcata. reliquit
 Quod ferrum, sternit ferro uiolentior ignis.
 Hæc super inscriptas iactat Marcellus in urbem
 Passim litterulas: Non uos ego ledere ciues,
 Sed magis à tetra seruare tyrannide ueni,
 Segnis & immanis domini: qui lenus in aula,
 Ceu populator iners alieni fucus acerui,
 Quæsitis fruitur uestris: nec coniuge quenquam,
 Aut nato gaudere finit, malè sexibus utens,
 Naturæ nec iura minus quàm uestra profanat.
 Pandite, (Libertas pulsat) io pandite portas.
 Talia ab excelsa prospectans turre Philippus,

Talia

Talia item relegens, ira, formidine, luctu,
 Deficit, & multum diuersa mente uolutat,
 Non iam quæ regnis, capiti sed consulat agro:
 Seu maneat, vulgi timet in sua tecta tumultum:
 Siue suburbanam Beagrassæ cedat in arcem,
 Duplex inde metus, profugum ne forsitan hostis
 Ambiat, & populus peiora hinc audeat exlex,
 Cuius præcipuum ducis est præsentia frenum.
 Qualis multimoda uariatus imagine Proteus,
 Huc illuc uersos nouat in contraria uultus.
 Nam modò qui trucus steterat, iam mobile monstrum
 Ludit, & in liquidas dilabitur igneus undas.
 Centum non aliter curas Galeatia proles
 Mutat, & in nulla potis est consistere forma.
 Quàm sepe amplectens aliquid, tam sepe repellens
 Amplexum. tandem non ultra passus acerbam
 Infœli x rabiem, superos non ille proteruis
 Vocibus incusat (nulla horum cura profano,
 Nulla fides) sed quam terra imponebat & astris,
 Impia Nursinæ iactat conuicia diuæ.
 Tum furias olim præsentis, in sua diris
 Fata ciet precibus, nec surdo deuouet orco
 Damnatum iam nocte caput: nondum omnia plenè
 Dequesto, subita percussa bile cerebrum
 Motus eripuit cunctos, & lumina clausit.
 Mors erat, astantes credunt tamen esse soporem
 Paulisper: dehinc ut mora iam suspecta quietis,

H 3

Dant

Dant fictos primùm strepitus, tum surgere blandè
 Hortantur, mox et manibus (nunquã id prius ausi)
 Sollicitant: serò tandem cœpere uereri,
 Id quod erat, sed adhuc uenas & pectora tractant,
 Ille pilum uellit, guttas uè irrorat aquarum,
 Hic frustra gelidis conclamat in auribus, alter
 Ora leui explorat iam non spirantia pluma.
 Ut satis extinctum patuit, non tristia ducunt
 Funera: celato dant longa silentia factò.
 Nec celare labor: fastu quippe ille superbus
 Vixerat Assyrio, populi commercia nunquam
 Dignatus, lucem uè pati, nec ab hospite uisus
 Augusto, non ipsa uirum sat nouerat uxor.
 Fauit & humano cœli indulgentia furto:
 Nem uolucris iratus famæ tum fortè deùm rex,
 (Quòd deiectorum Phlegreò fulmine fratrum
 Irrequieta ultrix, solito traduceret omnes
 Liberius superos, nec iam toleranda moueret)
 Ora deæ innumeris sine fine sonantia linguis
 Presserat, & uersas in terga reuinxerat alas:
 Ni mediæ obsistant Parcæ, trusurus & ipsam
 Sub Titaniacum cognata ad monstra barathrum.
 Hic pater Ambrosius, Ligurū qui præsidet urbi,
 Multa super cara formidans gente suorum,
 Nec magis hanc Veneto cupiens parère leoni,
 Quàm flammis, ruptæ uè rapi telluris hiatu:

Hec

Hec secum: Qua nunc mea dilectissima sedes
 Defendam ratione tibi, casus uè supremos,
 Externum uè iugum? simul ecce iacere Philippum,
 Hostem urgere foris, uario intus seruere motu,
 Quamuis incertum raptò de principe uulgus
 Aspicio. cuius lethum si fabula promat,
 Dum Marcellus adest: spes deinceps nulla salutis.
 Interea querenda igitur medicamina morbi.
 Quæ uia querendi? Non ipse accingier armis
 Distulerim, ni dextra ensem sacrata refutet.
 Ibo ibo, & summum lachrymis orabo parentem,
 Per mihi sudatos mundi in statione labores,
 Personarum æqua pro maiestate sacrarum,
 Dogmate quam prauò turbauerat Arria labes.
 Spero equidem, Marco rerum si indulsit habenas,
 Hanc unam seruare mihi non abnuet urbem.
 Quamquam ille æterna fixum sibi lege ferebat,
 Omnibus ut sæclis Viscontum regna manerent,
 Nostra nec Hadriacis seruiret Gallia nautis,
 Dum stabiles terras ambiret mobilis humor.
 Heu solus generis non eluctabile nostri
 Marcelle exitium, mortali unde ista potestas,
 Ut uertas & fata retro noram ipse, fatebor,
 Natum te excidijs, & in hæc extrema meorum,
 Hinc adeò primis unum insectabar ab annis,
 Qua poteram mystes: sed nec prius æquore toto,
 Postmodo nec tantis ualui te perdere bellis,

H 4

CON-

Congessere omnes quoties in te omnia turmæ
 Spicula: quot gladijs, quot te oppugnauimus hastis?
 Incita uibratis te sæpe phalarica neruis,
 Tormemis acti petierunt sæpe molares.
 Non semel ipsæ imis conuulsa mœnibus arces,
 Ipsæ in te turres uasta cecidère ruina.
 Tu tamen en uiuis, tam nullo uulnere læsus,
 Quàm Messapus equum domitor, Neptunia proles,
 Nec dum ales Cygnus, uel iam non scemina Cæcus.
 Nec tantum uiuis: uerum & non fanda minaris,
 Imperio non iam Ligurum, tenuissima cuius
 Umbra relicta tibi: sed planè sedit us istis,
 Sed mihi, sed paruo, mea quod tegit ossa, sepulchro.
 Vincis homo diuum, succumbimus, & damus herbã.
 Non ita: nec magnum delubri ego limine ab huius
 Theodosium arcuerim: nisi te, qui turbine portas
 Nunc quatis has, haud dũ totas consumpsimus artes.
 Esto sacerdoti ferrum tractare negatur,
 (Nam si: sensisses dudum, hæc quid dextera posset)
 Ablegare dolo certè permittitur hostem.
 Ablegare parum fuerit: nil scilicet egi,
 Dum superas, ergo & uitæ discrimina texam.
 Lauda Fortunam, tibi quòd cum Præsule bellum,
 Quàm procul à trunco iam ceruix ista iaceret.
 Si nihil astra ualent, Stygios tentabo recessus.
 Turpiter haud ullis patriæ succurritur armis.
 Quid uerò commota in te mihi profuit olim

Inuidia?

Inuidia? & penitus delectum Acheronte sub imo
 Prodigium. fuerat leuis haud fiducia nobis,
 Hanc tua pulsuram nostro fastigia collo,
 Cum modò te Tuscas procul absentaret in oras,
 Segnia nunc medijs reuocaret ad ocia castris.
 Quin & ab urbana iam longè luce remotum
 In pecorum caulas, & uiles egerat agros:
 Prorsus armifero de bellatore colonum
 Fecerat: ac sceptris assuetam nuper eburnis,
 Cogebat rastro capulo incalescere dextram.
 At tu iterum dux ecce mihi: ferus ex duce uictor:
 Ex uictore (nisi propero) iam euersor apertus.
 Quid tum si properem? restant alia improbe restant
 Monstra Erebo: iuuat nil unum, plura iuuabunt.
 Dixit, & obtenta placidi uenia ante tonantis
 (Nec mihi tum nutus contra fas ire paternos)
 In nostram sese faciem transformat, & istis
 Marcellum aggreditur dictis: ueneratur amicum
 Ille sibi numen, nec fucum ex æthere sentit.
 Claudia gēs Tydeo mihi cura uel Hercule maior,
 Quid struis? inuictis aut cur sub mœnibus ultra
 Cunctaris? fructus potuit qui maximus ausi
 Esse, fuit, nec iam speres maiora peractis:
 Quòd si Sforciades his te deprendat in oris
 Iam iam uenturus multis cum milibus heros,
 Quàm uereor, ne te nimium cessasse quæris,
 Neu tibi sola parum tua tunc Tritonia profuit:

H s Finge

Finge moraturum: solido hic si sederis anno,
 Lucri non hilum facies, cum plurima perdas.
 Quot poterant castella capi, quanta oppida uincit:
 Dum nihil hac aliud, nisi inanem nominis umbram,
 Obsidione petis, leuium ambitiosus honorum.
 Huc ades: & post me, pridem cupientia uelli
 Signa fer, ac dextros mecum celer arripe colles.
 Iam tibi ego haud inopes tractus, iam Laria late
 Littora subijciam: mox & meliora sequentur,
 Tu modo rumpe moras. ipsum te, crede, pigebit,
 Cesseris hinc quod non prius aut huc ueneris unquam.
 Talibus auertit dubium, non irrita quanquam
 Pollicitus. longinqua nihil, dum liberet urbem,
 Damna mouet, toto sibi quam uelit orbe redeptam:
 Quidlibet amissum, salua hac, reparabile ducens.
 Nec contentus eo, furua ostia Ditis opaci
 Pulsat, & huic aliud multo pollentius addit.
 Est dea, tartareas inter non ultima pestes,
 Noctis & hac soboles, cui iure Calumnia nomen,
 Mille quod una modos fallendi, mille figuras
 Nouerit: obliquos componere nulla susurros
 Doctior, & falso speciem pretendere ueri:
 Obscuris maculis aspergere candida rerum,
 Virtutes uitij, & recta inuertere prauis:
 Præstrinxisse oculos, & tanquam in retia solers
 Quamuis prudentum captiuos ducere sensus:
 Facunda ad morsus, in laudes muta canendas,

Tam cautè mendax, hominum sua semper ut aptet
 Commenta ingenijs: metuit quod quilibet, illud
 Auribus instillans: & quos impugnat, eorum
 Certa ex ambiguis compingens crimina factis:
 Nunquam infesta palam, nec aperto noxia bello:
 Altum securos, ac defensore carentes
 Urget, & occulto petit improuisa ueneno,
 Pirata similis, nocturno uè equa latroni.
 Heu scelus infandum, tu longè ignarus & absens
 Integer, innocuus, meritorum præmia forsan
 Expectas, rebus patriæ foeliciter actis:
 Illa tui effigiem subiens, quo fidis, amici,
 Iam tibi fortunas rapuit, iam uincla parauit,
 Aut Gyari scopulos, miseræ uè nouissima uitæ.
 Moribus accedit facies. nam callida blandos
 Fert præ se uultus, & fictum subdola ridet
 Exterius, tacite spirant intrinsecus ira.
 Accedit cultus, Phlegethoni sulfure tinctam
 Laua rotat taxum, graciles fert dextra sagittas,
 Timulus adducto neruus nec sibilat arcu.
 Accedunt comites: quarum Ignorantia princeps,
 Induta ante uolat picea caligine nubem:
 Credulitas aurita simul, simul anxia uadit
 Suspicio, & cæcæ Letheæ obliuia mentis:
 Tum Liuor pallens, & personata Simultas:
 Nec non attritam tollens Petulantia frontem,
 Insidie, & fraudes, & titillantia uanos

Verba animos, geminū stipāt latus: At procul instat
 Terga sequens, lacero tristis Metanœa capillo.
 Talia tela gerens, tales sortita ministras,
 Non furit in castris, hostesūe accendit in hostes:
 Pacem & tuta colens, fidos discludere nexus
 Gestit, & abruptos odijs committere amores.
 Nec pagos aut rura quatit: regalibus aulis
 Incubat, & magnas incognita possidet urbes.
 Hic aut iudicijs interstrepit, atra reorum
 Pernicies, aut se popularibus inserit undis,
 Palpans depressos, obtrectans summa tenentes.
 Ista lues olim, quoties seruata fuisti,
 Ingratam totiens fieri te Roma coegit.
 Carcere in Actæo ferales ista cicutas
 Miscuit, & testas inscripsit prima nocentes:
 Materiam Tragicis crebrò dedit ista cothurnis.
 Semina dum torret, subiectum defodit aurum:
 Dum docet Antiam, uel te Minoi pudicos
 In iuuenes propriæ facinus transfundere culpæ.
 Hanc senior uocat, & Venetam submittit in urbē
 Marcellum aduersus: uexillis ille reductis
 Sede Philippea, uictor fluuiale tenebat
 Iam Breuium, iam cui uulgare Briantia nomen.
 Monte potitus erat uaria prædiuite gaza:
 Iam Barci aeriam castelli coeperat arcem,
 Coeperat & Lecchi pontem de nomine dictum,
 Pontem, & tergeminas pontis munimina turres:

Maxi-

Maximus effundit rapidum quā Larius amnem.
 Haud procul hinc, uallo iā Lecchū cinxerat ipsum,
 Quo sine nil partum meritò censebat, eodem
 Omnia perdomito circum fore tuta uidebat,
 Nec restaturum quicquam, nisi protinus omnes
 Ut sua Cassani figant tentoria campo.
 Insubrum muris ita demum posse uetari,
 Ne quā è uicinis immigrent pabula terris:
 Sed noua ieiuni tentant molimina ciues.
 Fractura obsessum lentè dum machina Lecchum
 Adueritur, rapit ipse leues iuga in ardua turmas.
 Sasena hic ualles & Voltolina subactæ
 Omnis & ora lacus, & lex imposta subactis:
 Cuncta hæc luciferos intra properata quaternos.
 Monstripare interea proles Erebeia noctis
 In medio spargit uirus furiale senatu:
 Nunc alias, alias nunc, ementita uirorum
 Aut diuūm species, & totos aduocat astus:
 Hæc in concilijs, hæc per priuata domorum
 Multiplici sermone serens: Quò pristina uobis
 Marcicola diui, quò nunc sapientia cessit?
 Vnus homo rebus tanto iam tempore uestris
 Præsidet: at non sic terrarum maxima uictrix
 Roma, ut iactatis, uestrum caput: annuus illic
 Consul erat, nec plus spacio dictator habebat
 Semestri. non tuta satis (dicto exitus absit)
 Est ibi libertas, ubi ciue supremus in uno

Continua-

Continuatur honos. Marius cum Casare, clarum
 Præbent exemplum: repetitis fascibus alter,
 Alter prolato rursum in quinquennia factus
 Auctior imperio. quanto moderatior istis,
 Qui trabeas nato populum deferre uetabat,
 Erigeret Fabiam toties ne purpura gentem?
 Nemo ne de tanta dignè successerit illi
 Nobilitate patrum? solius ne unica uirtus
 Marcelli? sic ipse putat, sic castra loquuntur.
 Remigibus uobis & piscatoribus illic
 Ridiculum nomen, Ducis ille uocabula solus
 Obtinet, & uestris crescit sua gloria probris.
 Scilicet ante annos, ueluti Coruinus, & ambo
 Scipiade, summos capiat Marcellus honores:
 Deplanet tumulos, & montes nauiget altos:
 Seruitio populos, & sceptrâ oblata recuset:
 Nec penetrata ulli transcendat flumina primus.
 Postremò (ne quid desit) Carthaginis ipsas
 Assultet portas, & famam terminet astris.
 Vos pecus ignauum, uerbosæ in gloria pacis
 Turba, senescatis. sin rauca ad classica quando
 Vel legatus eas, illudat lixa proteruus:
 Quòd toga longa tibi, quòd equo matè cernuus hæ
 Certè idem uobis, aut & generosior, ortus: (res.
 Nec dextra ille prior, nec mentis acumine maior.
 Ad de quòd assidue tantum erexere tumentem
 Præfecturæ animum, iam solus ut omnia uerset,

Per-

Permissi haudquaquam contentus limite iuris.
 Gattamelata prius Michael nunc, uestra gubernans
 Agmina: prouisor tantum Marcellus in illis:
 Nomine quo, externis ciuem ductoribus unum
 Iungere, mos uobis, qui pro quæstore uetusto
 Subuehat arma, cibos, uestem dispenset & aurum:
 Non qui acies struat, aut cuneos huc raptet & illuc.
 Hic decus, & rerum summam sibi uindicat uni:
 Fœdera, quando libet, sancit: fert ordine nullo
 Signa, refert eadem, spreto rectore superbus.
 Quod si quis contra, quamuis clarissimus, ausit
 Præcipitem mutire uirum: manus ilicet auso
 Inijcitur, diuisiue rubet laceratus amaris.
 Quis precor indubitet, quò tanta licentia tendat,
 Prospiciat ni uestra sue citò cura saluti?
 Hæc passim inculcat magnam dea fœda per urbem
 Protinus inuidia magis hinc flagrare maligni,
 Formidare simul timidi pars sanior æquo
 Nititur, & dubio prohibet rumore moueri:
 Nec præiudicio quenquam damnare, sed omnem
 Legitima causam iubet ante expendere libra.
 Mittitur extemplò Marcelli cognitor actis,
 Nec ualet austerâ quicquam perstringere lima,
 Inter facta uiri nil non ratione geremus.
 Haud tamen idcirco liuentum insana residunt
 Murmura: principio Lecchum ne uincere possit,
 Suppeditare inhihent, dura oppugnatio quicquid

Exi-

Exigit. hinc, quamuis etiam nunc ferueat aestas,
 Intempestiuae dant praematura quietis
 Ocia, ceu lassis per tot iam bella cateruis.

Vix defixa tuas citra pater Addua ripas
 Vexilla: anguigeri cum mors allata Philippi,
 Emissa tandem nunc primum prodita fama.
 Expectare alijs uisum praecpta: sed horae
 Momento, gnarus uariari commoda rerum
 Marcellus, raptas muris Laudensibus alas
 Ocior impingit Zephyris, & luce sub una
 Vrbe simul potitur, lati simul arcibus agri
 Sub iuga te mittit simili inde Placentia cursu.
 Ticinum missurus item, ni Sforcia heros
 Anticipet, tradente socru. conduxerat illum
 Sollicitus frustra de libertate tuenda
 Insubrum populus. patres Marcelle monebas,
 Augerent castris numerum: quibus ante Philippus
 Praefectis ualuit, Marco seruire paratos:
 Quos si suscipimus, certa est uictoria nobis.
 Consilium tumido despexit Curia fastu,
 Italiae iam se dominam rata, nec fore quenquam
 In terris, qui iam tantis successibus obstet,
 Nunc sibi bellantum satis ac super esse, leuandos
 Tot potius sumptus: sic addita copia parti
 Opposita, multo sic Sforcia milite creuit.
 Ut iam congressum Michaelis tarda senectus
 Horreret, nec se uenienti opponeret hosti,

DUM

Dum te is Lambre minor, dum te mox Addua maior,
 Transgreditur, sed praeueniens in terga rediret,
 Bis tamen explicuit structas in praelia turmas
 Marcellus: medios bis rupit Sforcia pontes,
 Non ausus conferre manum. sedet altera longè
 Cura animo: soceri meditans inuadere regnum,
 Nec sibi rem Veneto facilem sine scedere cernens,
 Marcelli alloquium studio flagrante petebat,
 Multum progrediens, si quando admota coissent
 Arma, & feruentem uestigans lumine campum.
 Detorquere aliò cursum tunc noster, & intra
 Agmina densa uirum notas abscondere cristas,
 Ne quam oblatrandi caperet furor æmulus ansam.
 Ille autem, postquam sperato nulla facultas
 Colloquio, scriptis & per mandata precari,
 Imparis acciperent sese in consortia uincli,
 Non ex dimidio socium, sed penè ministrum:
 Possideant ipsi mundum, sibi pauca relinquans.
 Marcellus certum faciebat ritè senatum,
 Omnia significans: ni significata repellat
 Iam dudum aduerso durata superbia fato.
 Inuisis ut qui furtiua incendia tectis
 Molitur, siluit cum nox, & fortior Auster
 Spirauit: tunc ille faces, tunc arida subdit
 Rimosa fomenta trabi, uix abditus antro
 Delituit, rapida superant iam culmina flammæ.
 Haud secus arrepto Cocytia tempore uirgo:

I

Prodi-

Proditor exclamat (uel nunc aduertite patres)
 Proditor ille inquam, nec dissimulata patescunt
 Cœpta: adeo clarè peccat temerarius ardor.
 Nil argumemis, nil ultra testibus ullis
 Ut sit opus: famulos ad quem sic misit hostis,
 A quo sic recipit, non iam suspectus haberi,
 Confessi debet sceleris reus: est uetus illis
 Inter se (nouisti) amor: par ambitus olim
 Amborum, taciti struitur concordia pacti,
 Huic Ligures, Venetos huic donatura regendos.
 Horror adhæc animis obicem properare periclo.
 Non iam in præensum statuunt inquirere crimē,
 Itar diuersis subita in suffragia uotis,
 Discolor & duplicem iactatur nodus in urnam.
 Mitior euicit sed adhuc sententia: pœnam
 Noxa aliàs subeat, nunc frænum audacia sumat.
 Ergo, qui nunquam fuerat datus antè tot annis,
 Adicitur collega uiro: tacet ille modeste,
 Non aliter quàm qui Minuci te pertulit æquum.
 Dein gliscente malo, trepidus clam scribe uocatur,
 Conscijs ignari canat ut secreta patroni,
 Quo nondum uiso, nedum in tormenta leuato,
 Ipse magistratu properè decedere solus
 Castrensi, & (medio sibi quæ prouincia nuper
 Obtigerat bello) Veronam intrare iubetur.
 Heu quæ tum lachrymæ, qui per tentoria planctus?
 Non hoc nupturam pubes æquæua sororem

Prose

Prosequitur gemitu: non sic rudis eiulat infans,
 Cui placidus longinqua parēs trans æquora tendit.
 Non ita natorum lugem ad funera matres.
 Quas singultanti Michael dedit ore querelas,
 Amplexu retinens abeuntem: nunc sibi raptum
 Omne decus, summo nunc se certamine uinci.
 Optimus in cara quantum ceruice pependit
 Gentilis, largo suspirant talia fletu:
 Quid peregrina mihi, quid iam super arma securo
 Marcicolum? quem parua procul Leoneffa creauit:
 Hæc consanguineo referunt si præmia ciui,
 Tam benè præsertim merito de gente suorum,
 Quàm de Romulidis, nec ductus ab Hercule sanguis,
 Nec meruit pariter Cornelia tota propago.
 I, longum scelix, & adhuc sublimior illis
 Qui reuocat: luet hanc, luet hæc tibi patria culpam,
 Plus etiam quàm tute uelis, non prospera Diti
 Omnia firmarum tonitrus, & in æthere fulgens
 Hydra, Cleoneo uisa insultare Leoni.
 Ille notæ impatiens, Veronam parte sinistra
 Deserit, & recta sese ad non mite tribunal
 Præsentat, quæ torua decem sedet ira uirorum,
 Nil leue discutiens: sed si quod sanguine dignum,
 Exilio uè nefas, quales Rhadamanthus, & asper
 Aeacus, & rigido grauior Minoë Lycurgus,
 Mandendas uè cani Stygio, Furijs uè secandas
 Cum sepe addicunt animas, procul ipsa piorum

I 2

Sep

Septa tremunt: necdum regresso Castore, Pollux
 Aufugit: & medios rumpit Proserpina menses.
 Marcellus uultu nihilominus astitit illic
 Haud alio, Argolici quàm dura ad iussa tyranni
 Non trepidus, tristis tamen, apparere solebat
 Amphitryoniades: recti sibi conscia uirtus
 Lethiferum nil theta pauet: miserescere plebem
 Indigna affecti macula, latitare silentes
 Passim carptores, flet plurima turba, nec unquam
 Adiurant habuisse fidem: Quæstoribus ipsis
 Iam pudor, insontem clamant, & abire precantur.
 Instat Marcellus, quæ sint ea crimina poscens,
 Nec discessurum nisi cognitione peracta.
 Vociferans tandem: proponunt pauca coacti,
 Quæ purget, quando ipse uelit. nil ille moratus,
 Ordine respondet: nunquam pulsasse Tibertum,
 Sæpius id quamuis meritum: delicta furentis
 Sustinuisse magis nimium patienter, id unum
 Cum Michaele sibi non conuenisse frequenter,
 Plus utri deferret uter, dum mutua cedunt,
 Cultibus alternis pia dum reuerentia certat.
 Testes nolle alios, nisi quos læsisse feratur,
 Nil tot missorum uicibus sese inter & hostem
 Tractatum, quàm quòd toties perscripserit ipsis:
 Non solum auditus nunquam. uerum inde notatus
 Præcipuè. faxint superi, ne serò fidelis
 Pareat, & melior fuerit sententia patrum.

Iam.

Iam uerò, Adduacas tanquam dissuasit undas
 Olim transiri, quis iure obiecerit illi,
 Persuasor facti fuerit qui solus, & auctor?
 Suasi ego tunc, inquit: nec parua hinc gloria rebus
 Accessit Venetis, at non ea flumina nuper
 Me suadente forent retransita: turpiter hostis
 Ne premeret refugos, quos stantes ante timebat.
 Hæc super innumeras aures adducit, & actis
 Signatas profert tabulas. uox prædicat omnis
 Non iam absoluendum, titulis sed in astra ferendum.
 Tunc & ab autumnii decurrens lucida portis,
 Astrea, & terras iterum dignata relictas,
 Inferno excitum supera de sede fugauit
 Portentum, & tristi rursus demersit auerno.
 Indicijs sic qui fuerat delatus iniquis,
 Non modò dimissus, sed & amplis laudibus auctus:
 Festa triumphales inter referentia plausus
 Te Verona petit, cum tota Oenotria dudum
 Iam deplorasset percussam uindice ferro.
 Nec tardè, aut leuibus perceptum deinde periclis,
 In castris quanti Marcellus ponderis esset.
 Non uigor ille animis, non disciplina, nec ordo
 Præstinus: Sic olim pastore carentibus error
 Armentis, nullo fluitat sic cymba magistro.
 Continuò huc illuc precio conducta iuuentus
 Dilabi, ac totæ crebris rarefcere turmæ
 Transfugijs: reliqui, Tyrijs ceu dentibus orti,

I 3 Discent-

Dissentire sibi, nusquam hostem sistere contra,
Sed trepido fugitare metu, quasi nulla tenentes
Arma manu, ac longè uisos horrere colubros.

Inde Placentinae uulnus miserabile cladis
Principium tantis, dubium nec præbuit omen
Casibus: obsessam non æquis uiribus urbem
Sforciades ab aquis pariter dum pulsat & aruis,
Diui implorantem modò cognita nomina Marci,
Impia crudeli permisit inertia prædæ.
Haud unquam in terris tam lamentabile quicquam
Spectauit gemino discurrens cardine Phœbus:
Nec cum Byrsa solo iacuit Sidonia, nec cum
Exuperans Libycam feritate Numamia Byrsam.
Teucra nec tanto flagrarunt tecta tumultu,
Cum meus arcanas decepta in Pergama pugnæ
Parturijs somipes, & agenti gaudia Troiæ
Inclusa abiegnis irrepsit Gracia costis.
Quicquid auaricies, quicquid uiolentia, quicquid
Fœda libido potest, cumulum tunc uenit in unum.
Nulla domus postes habuit, distracta supellex,
Matronis decus, & teneris erepta puellis
Integritas, data sacrilegis templa ipsa rapinis:
Quæ digito tetigisse nefas, con fracta profana
Vasa manu, et medias quadrupes stabulatus ad aras.
Nec Siculo detracta ioco uel palla Tonanti
Aurea, uel posita genitorem reddere iussus
Aemouus barba iuuenis: simulacra deorum

Tota

Totalique facto penitus conflata metallo.
Cetera formarum ferro discussa sacrarum
Materies: latebris dum uestigatur & illis
Thesaurus, tum quas Vestalibus alba dicauit
Vita focis, pepulere deam, non nota ferentes
Dedecora, & tenuit Liparæos Iuppiter ignes.
Heu nimis augurio fundata Placentia læuo:
Mœnia populifer tua dum præterfluet amnis,
Hanc memori lucem seruabis pectore, mites
Hannibalis cursus, & Punica tempora laudans.
Non minor insequitur deletis plaga Liburnis,
Vecta Pado clâssis, stupeant Neptunia quantam
Cerulea: quàm serò captæ subuenerat urbi,
Tâ properè capta ipsa perit quam fortè Cremonæ
Sforcia tum metuens, subductam penè, nec ullo
Terrestri auxilio sultam (trans Ollia turpis
Flumina Marci colas timor egerat) impete magno
Assilit, haud multas fluuiali à parte carinas
Immittens, totis terra legionibus instans.
Ergo ubi fulmineus transtris latè incidit imber,
Attoniti partim contermina in oppida nautæ
In syluas partim, remis fugere relictis:
Effugere tamen minimè, sed prorsus & ipsi
Omnibus extracti latebris, & perdita cunctis
Oppida cum ratibus, sic dulci in gurgite Mauors
Abstulit, equoreæ quas non fregère procellæ.

Hec inter, Venetas discordia seuæ cohortes

I 4 lacti-

Iacit, & uallo non ausi promere uultum,
 Intus depugnant, tantum ad ciuilia fortes
 Prælia: ductorum nullus pudor, insuper atrox
 In prouisores odium: bona diripit huius
 Improbæ seditio: saxorum nimbus in illum
 Grandinat: agrè alius strictos subterfugit enses:
 Ceu coniurata Marcellum uindictæ ira
 Tota phalanx. iam qui succedere nuper auebant
 Signorum imperijs, conuersi odere curules
 Sic prius ambitas: reditum quàm laurea malunt
 Serta comis. uentum uix ad temoria, solui
 Militiæ ærumnis orant, & more sinistro
 Menstrua diuersos mutat prætura regentes.
 Nec cuiquã indictæ possunt iam obtrudere multa
 Lethale officium: Donati gloria donec,
 Stemmatis Hermoleos, rerum suscepit habenas.
 Hic dum Verona transit, Clarissime nobis
 Consule ductor, ait, mandati in munere iuris,
 Quid sequar aut fugiam: primis nunc imbuor armis,
 En ego tyro senex, placidos cui classica somnos
 Insueta abrumpant, uiridi tu miles ab æuo.
 Non ego, Marcellus reddit, sat idoneus & par
 Consuluisse tibi, nostræ qui lumen es urbis,
 Ingenio cuius nulla experientia maior.
 Ne tamen omnino tanti aspernemur amici
 Iussa, triplex illic hominum genus esse monemus.
 Vna senum species, quibus olim frigidus alget

Sanguis

Sanguis, & antiqua formidine corda tremiscunt,
 Deuictos etiam quòd se meminere frequenter:
 Hinc nihil ipsi audent, alijs audere nec unquam
 Indulgent, segnes, & quamuis tuta timentes:
 Ut cum Thadæo Michaël pars altera, pugne
 Experti iuuenes, & quorum non ita celsus
 Est gradus: hos semper calida & temeraria cernas,
 Hortantes, altæ pariant quo laudis honores.
 Nempe haud ignorant, licet ipsi grandia clament,
 Gesturos nil tale tamen qui summa gubernant.
 Quòd si fortè gerant, minimum se perdere, qui sunt
 Inferiore loco peccati nec sibi culpam
 Appendi: at si qua Deus aspirauerit ausis,
 Tum uerò exultant, tumidi popularibus auris.
 Tertia temperiem medio moderamine seruat
 Conditio, ut tractu uitalis Zona benigno,
 Cui gelida inde niues, hinc torrida comodat æstus:
 Qualis cum nostro bonus est gentile Rubertus:
 Fidi ambo, & semper miscentes fortia cautis:
 Auscultandi omnes: tantum ultimus ordo sequendus,
 Iudicio cunctos internoscente sagaci.
 Vnum supra alios caueas prædico Tibertum,
 Quàm potes attentè: quo non fallacior alter,
 Nec magis inuidia, magis ambitione supina
 Inflatus: finget totum explorasse, per omnes
 Iurabit superos. at tu ne credulus esto
 Ambiguas sortes uatum de more canenti.

I s ille

Ille quidem sumptis miles non impiger armis,
Verum consilijs nemo aequè futilis autor.

Non monitus ea dicta uiri, sed certa fuerunt
Oracla, & folio ueracis digna Sibyllæ.
Fœlix Hadriaci nimium respublica ponti,
Hæc si tum seruata forent: seruare repertor
Sed poterat solus. Confestim scribere retrò
Candidus Hermoleos, Marcellum poscere, reddant
Nil successurum, ni castris ocyus adsit:
Non secus ac medicus iam deficientibus ægris
Esse ignominia sibi met, quæ suadeat. at ne
Subticeat uerum, patriæ discrimine cogi.
Hisce remittendus decerni cœperat: & iam
Atria purpurei complerant p̄icta togati:
Interea cum fusæ acies, exercitus omnis
Prostratus, cuncta extrema collapsa ruina:
Causa & origo mali prima & propè sola Tibertus.
Hostilem modò se campum menitus agresti
Perlustrasse habitu, plena dum corbe rubentes
Venum fert uias: tunc tunc inuadere inermes,
Tempus, ait, securo cibo dum corpora curant.

Limes erat tenuis, quem parte rigabat ab una
Crassa palus, aliam cliuoso uertice collis
Desuper umbrabat, post arca lata patebat,
Decertaturos satis explicitura maniplos:
Hunc Venetus collem, reduci si fortè receptu
Mox sit opus, nulla tutum statione relinquens,

Irruit;

Irruit, aduerso qua propugnacula uallo
Lignorum transuersa dabant: fortassis & ipsas
Imraisset portas, nisi destituentem Tiberto
Cessissent primi, subito excubitore repulsi.
Spes ubi conceptas fallunt exordia, rarò
Cetera proueniunt. nam postquam Sforcius heros,
(Quem tum prudentem talis turbarat adortus)
Mente recollecta peditatum eduxit, & unà
Cristatos equites, fuga fit fœdissima latè:
Nec cuiquam tutas fas intra euadere fossas.
Pennatarum instar uolucrum, pelagiue natantum,
Quas circumducto claudunt caua retia nexu,
Capti omnes: rarus uitauit uincula ductor:
Neuter prouisor spolijs plebs missa receptis.
Elabi Hermoleos poterat: sed conscia magni
Nobilitas generis, posuit decus ante salutem. }
Ultimus è tanta bellator Coleo turba,
In nemus abscessis uicinum conditur armis:
More lupi, socio quem solum ex agmine pastor
Urget, & hinc telis medium premit, inde molossis:
Ille diu retinente fame, pellente tumultu,
Cunctatur, multum dubitans, ac sæpe resistens,
Versus ad extremum syluæ succedit opacæ.
Fama rei nondum populi percusserat aures,
Cum pater è summo delubri culmine Marcus
Prospiciens terras Ligurum, sua uulnera uidit:
Vidit, & horribilem uasto gembundus hiauit

MUR.

Murmure rugitum: freta tota & proxima tellus
 Intremat, aduersus redit in numerosa Timaeus
 Ora, cauernose ressonant eminus Alpes.
 Tum quæ demisso residebat languida collo
 Dilaniat pro crime iubam, perit ira retusis
 Dentibus, & plantis unguis latuere reducti.
 Dant pariter fratres gemitum: Iouis ales obunco
 Auellit plumam rostro: lachrymabile mugit
 Taurus, & humana flet quartus imagine consors:
 Hymnisonæ cessant uoces, ac triste per auras
 Mystica uiuentum stridet compago rotarum.
 Ipse aliquantisper dubius, cœli ne rogaret,
 An telluris opem, lugubre rubentibus alis
 Tollitur: & superans Atesim, prætoriam cursu
 Veronæa subit. grandes ubi pectore curas,
 Rerum ignarus adhuc, secreta in sede coquebat
 Marcellus: duri nunc publica damna duelli,
 Nunc noua priuati uolens opprobria casus.
 Tū prior (agnouit siquidem, licet horridus angor
 Puniceis sacros mutauerit oris honores)
 Numine adorato sic mœstus & ipse profatur:
 Alme parens, urbis tutela haud irrita nostræ,
 Ut te ego, nunc primū post tanta pericula nobis
 Visum cerno libens: tibi nam, tibi conqueror uni
 Præcipuè, indignum passus liuoris iniqui
 Dedecus: ô ubi tunc mihi tu iustissime diuūm,
 Vltima cum nuper ceruicis quæstio nostræ

Pende-

Penderet? tanquam modò Carmaniola necatus,
 Parua tuis esset longo nota ciuibus æuo.
 An fortasse meos uenisti optate dolores
 Vel nunc solari, leuiter scturus acerbum
 Vulnus, & hunc habitum tibi nostra iniuria fecit?
 Cur ego non unquam mediocri de grege ciuis,
 Sed semper uel summa tenens, uel mersus in imo?
 Da precor angusti procul à ciuilibus undis
 Ocia secessus, ac me permitte parumper
 Ingratæ irasci patriæ. non Cinna cruentus,
 Sylla nec esse peto: satis est, si Scipio fiam:
 Sit mihi mons silicis, Linternum quod fuit illi.
 Quandoquidem, quorum classes perduntur et urbes
 Auspicijs, fidi magis, & meliora merentes.
 Plura locuturum, sacer hac Leo uoce secutus:
 Tunc regnum Italiæ Stygiarum, fila sororum
 Inuidere mihi, cum te fortissime nostris
 Improba fraude noua castris summoit Erinnyes.
 Tunc inquam: tamen haud plagis adhibere medelas
 Nunc Marcelle tuis, grauiores addere curas
 Venimus, & patriæ luctus aperire recentes.
 Illa tibi nostro solatia magna rependit
 Indicio, cum te solenni lege rogata,
 Consensu tanto mendaci crimine soluit.
 Foscarus ipse tuas percensuit ordine laudes,
 Haud aliàs functus præconis munere princeps.
 Primū cuncta aliter, licet acri examine factò,

Quam

Quam fuerant obiecta tibi, patuisse professus.
 Adiecit pariter, quantum à puerilibus annis
 Sudarit tua dextra mihi: quam saepe ruiisset
 Res mea, labentem nisi tu ceruice subisere,
 Magnus ut Alcides lassati pondus Atlantis.
 Quare, cum maior sit honos sic esse solutum,
 Sic accusatum, quam infamia, parce querelis:
 Pone truces animos. iniustas uiuit Athenas
 Exul Aristides: uiuit seruantiore qui
 Clmides: lentum nec uincla paterna Cimonem
 Fecerunt: poto Neoclides sanguine tauri
 Occidit, infestos ne lederet ultor Achiuos.
 Iam quantas matri donauit Marcius iras,
 Oenides nuptæ, caso dux Phthius amico?
 Nec quicquam in Latijs tam clarum annalibus extat,
 Quam profugi pietas et mansuetudo Camilli,
 Victores muris Senonas qui depulit illis,
 Quis depulsus erat: redimi nec pertulit auro
 Urbem, quæ modici sese damnauerat æris:
 Turpe ratus, miseris odio insultare tenaci.
 Hic tibi præ cunctis hodie Marcelle sequendus.
 Allia nunc quoniam nobis Ceruauagia tellus,
 Nostra premunt quoniam seui Capitolia Celta,
 Botorum in campis robur iacet omne meorum:
 Sforcia uictrices uada iam trans Ollia turmas
 Promouet: et totum, quicquid tellure tenemus,
 Erepturus adest. in te spes unica nobis,

In te

In te, qui solus suprema pericula nosti
 Propulsare tuis: oblitus surge priorum,
 Compesce elatum nimis successibus hostem.
 Esto Epaminunda Spartam post Leuctra petenti,
 Alter Agesileos: noscant æqualiter illinc
 Sforciades, alios quod uicerit inde senatus,
 Quantum perdidit, cum te reuocauit ab armis.
 Hæc ubi: non ultra Marcellus uerba, sed altis
 Erumpit portis, et Mincia flumina uisit.
 Haud mora, decliues (uada qua minus ardua) ripas
 Erigit, et subita statione coronat agrestum
 Bergomon hinc scriptis, et te fidißima firmat
 Brixia: porrò diu residem deducit et armat
 Benaci classem, belli monumenta prioris.
 Egregiè ista quidem: uerum consultius illud,
 Quod misera elapsos cernens de clade, rapinis
 Omnia sedantes (sic impellebat egestas)
 Primum compressit, post et collegit, et aptas
 Sparsit in excubias, parco prius ære refectos.
 Tum demum ad Paridis natos (Paris ipse iacebat
 Iam dudum tumulo) per saxa asperrima, solus
 Currit, et offendens hostilibus antè uenenis
 Infectos, rigidis miscendo blanda, reducit:
 Commemorans, Paridè, sibi quod consenserit olim,
 Factum de tenui dominum latrone potentem:
 Illum saepe suis defensum uiribus, illi
 Aequoreas sese scopulis traxisse carinas.

ipso

Ipsos patrono minus haud debere paterno
 Fidere, qui nullum fictis seducere uerbis
 Nouerit, aut soleat cui praestita gratia nunquam
 Par redijt, magno sed uicit scenore sortem.
 Multa prius Venetos fortunæ uulnera passos,
 Attamen è nullo non emerfisse periclo.
 His postquam iuuenum stabiliuit corda duorum,
 Omnia nota facit patribus, quos anxia tanti
 Attonitos casus iam pridem cura tenebat.
 Consultant tristes, iungunt nocturna diurnis
 Tempora: uota deis faciunt: uia nulla salutis
 Panditur, & sensus mala confudere sagaces.
 Marcelli lectis multum recreata tabellis
 Pectora: nunc omnis semet damnare, quòd unquam
 Campo amouissent hominem, qui uiderit unus
 Tam citò, quàm multi longum reperire nequissent:
 Illum de Veneta solum esse propagine, cuius
 Aetheria membris infuderit arce Prometheus
 Solertem radium: reliquis Epimethea patrem.
 Proinde uiro à cunctis distandi summa potestas
 Traditur, & totæ bellorum ac pacis habena.
 Siccine mutatis serò resipiscere ciues
 Mentibus incipitis? cum plena ferentibus auris
 Vela tument, docto praefertur nauta magistro:
 Cum ratis extrema iam tempestate fathiscit,
 Tunc iterum sprete redduntur aplustria dextra.
 Heus ubi nam uobis paulò prius ista uoluntas

Lucebat,

Lucebat uestris cum tota Insubria flammis?
 Marcellus, cui nunc permisa licentia rerum,
 Nempe modò suspectus erat, nunquam ne furentes
 Condissent populi, non tollere cornua lætis?
 Ancipiti nec fortè fidem librare regentum?
 Ille recusatos postquam cogente periclo
 Suscepit fasces: capit opportuna locorum
 Praesidijs, rapido leuior qua transitus hosti.
 Tum se subsidio uenturum in tempore, mæstis
 Promittit socijs: tolerent modò pauca fidei
 Robore, mox pulsa rediturum nube serenum.
 Nec Phaëtontæ citius fragmenta ruinae
 Toruus restituit genitor, quàm corpus in unum
 Agmina Marcellus sparsa & lacerata redegit.
 Rursus iam campis acies: uibrantia rursus
 Stridenti uexilla Noto: caligine cœlum
 Conditur, & uirides leuis unguia proterit herbas.
 Sforcia qui cunctis media in regione subactis,
 Iam Cenomanorum caput obsidione premebat,
 Contrà stare uidens, quos desperare putabat,
 Nec tantum Venetos cupiens euertere, quantum
 Desertos proprijs Ligures submittere frenis:
 Marcello, iam te liquidissime Mella petenti,
 Ecce repens nostræ pacalem mittit oliuæ
 Implicitum uittis ramum: quòd foedera uictor
 Affectet, ne fortè metum, sed uota merendi
 Censuerint, se Marcicolis bellasse coactum,

K

Hac

Hac etiam tenuis: id certò satis inde probari,
 Quam prior à uictis pacem roget, haud ita magno
 Mercandam. illorum nil uelle abscindere rebus:
 Quæ sua sunt, teneant, dum tantum non sua donet.

Id simul ad patres Marcellus rettulit, ingens
 Confestim leto sublatus murmure plausus,
 Mutua dum tales sanxit concordia leges.
 Quicquid post pugnam cœpisset Sforcia proles,
 Redderet, accepto non parui ponderis auro.
 Hadriaci, nummis & milibus octo uirorum
 Auxilio sibi sint, soceri dum subiugent urbem.
 Altera conducat neu pars, quos altera missos
 Fecerit. His tandem bellum exitiabile pactis
 Compositum, ac Venetis regnum terrestrè retenu.

Hæc ego de prisca Marcelli noscere gestis
 Te uolui, subiere quidem per multa, relatu
 Digna, sed hæc tibi met præsens meminisse facultas.
 Nam te Pannonijs Heliconius ardor ab oris,
 Tempestate sub hac, Italo iam inuexerat orbi.
 Nempe tenes, dux ut missis ex fœdere turmis
 Sforcigenæ, Marcellus ijt: ut regis Hiberi,
 Cui testamento legarat sceptræ Philippus,
 Agmina contriuit: pinguem tutantia Parmam,
 Agmina contriuit: Parmam seruire uolentem
 Marcicolis, hosti iussit seruire futuro.

Eruit ut Bembum tetro de carcere Petrum,
 Conciuem paulo amè suum, tunc uincla ferentem

Hosti-

Hostica: Marcello sic alter Culeo Petrus,
 Culeo, quem gratum seruator Scipio sensit.
 Nec plus Flamminium reduces coluere Quirites,
 Græcia seruitio quos illi emissa redemit,
 Cum subitos auium stupuerunt Isthmia lapsus.
 Scis non alterius quòd capta Nouaria ductu,
 Nec trino fracti fuerint certamine Galli.
 Scis Picinorum quòd Sforcia fraude perisset,
 Marcelli hanc solers ni præuidisset acumen,
 Nudasset sincera fides. hinc ille parentem
 Nunc etiam uocat: ac tantum debere fatetur,
 Alcide quantum Theseus Acheronte reductus.
 Consilijs & multa huius qui gesserat olim,
 Omnia tunc planè gessit: seu longius alas
 Spargeret, admoto premeret seu moenia uallo.
 Sed quamuis ipsos concors iam cura ligasset,
 Quam nec Ledæos cœlestia signa Laconas:
 Cum tamen id tacito mandasset curia iussu,
 Sforciadæ extemplo Marcellus castra reliquit,
 Officia anteferens priuato publica uincolo:
 Causa relinquendi, quòd multas fœdera contra
 Ille sibi adscierat conducto milite uires.
 Nec de secessu tali uel proxima quicquam
 Turba prius sensit Ligurum, uel Sforcia uastro
 Vastior Autolyco, rebus quàm luce relectis:
 Conspexit longè socios rutilare leones.
 Haud aliter geminis uno Nero callidus astu

K 2 Impo-

Imposuit pœnis, cursu cum præpete uectus:
 Hunc abiens, illum ueniens eluderet hostis:
 Tum iuncti Ambrosidis Veneti. sed commoda seruna:
 Nulla tulit foedus: quippe illos sauior arcta
 Obsidione fames, ambabus & addita pestis,
 Libertate breui multa inter dura potitos,
 Astrinxit tandem genero parère Philippi,
 Fors & Marcicolas tenui solata lucello.
 Nam parta impensas bellorum Cremona resarsit,
 Quam modò qui Marci primus sub iura uocarat,
 Primus non unum texit Marcellus in annum.
 Verùm nota tibi satis hæc: sed notius illud
 His etiam, soceri quòd cum uix Sforcius heros
 Sedisset solio, Venetorum Marte petitus,
 Marcelli egregia uirtute recentibus esset
 Exactus regnis, si non rex inde Renatus:
 Gesiferis illum iuuisset ab Alpe cateruis:
 Hinc opibus terræ moderator Cosmus Hetrusca,
 Cosmus diuitijs Crasso contendere pollens,
 Cosmus cui tactu cedat Mida, Iuppiter imbri.
 Nunc uerò Ausoniam pax instaurata per omnem,
 Vulnificum ultrici uitiat rubigine ferrum,
 Pro lituis citharæ crepitant, & Lemnia rursus
 Ridendum superis innectunt retia Martem:
 Ipsa ego sepositis armorum carmina curis
 Vestra colo, & doctas inter strepo lenta sorores.
 Dixit: & in tenuem Tritonia uanuit auram,

Ab

Ab Ioue missa. deam subito nam sustulit arcu
 Iris, & à duplici plus semita numine fulsit:
 Cum sol humentes aduersa lampade nimbos
 Figeret, & paulum roraret nubilus aer.
 Ast ego non alia rerum in caligine mansi,
 Pythia quam uates, ubi corde recessit Apollo. *Simi*
 Non iam uox maior, nec forma minacior illi,
 Vnus in ore color, positus stat uitta capillis.
 Nec fata ante oculos ultra: fugit omne futurum.
 Rursus homo est tantum. Sic demigrante Minerua
 Infusis stupui tenebris: cum plura uel ipsam
 Vltrò dicturam rerer, uel querere uellem.

Nunc agetu nobis seclorum conscia Clio *Clio.*
 Subijce, Troiugenas inter celebrata Quirites,
 Marcella ut Venetæ domus admigrauerit urbi.

Claudius armipotès triquetra postquã arua sube
 Sicania, capta tum primum Arcthuside terra, (git
 Non prius Albanum fertur duxisse triumphum,
 Nec Tiberim Pœnos etiam num adijisse timentem,
 Sortilegos ultro quàm consuluisse Palicos
 De patriæ fati: qui prælia tanta maneret
 Euentus, mansura patri si regna Quirino
 Iuppiter, & Phrygiæ sponderent pignora Vestæ:
 Quæ se, quæ seros tandem fortuna nepotes
 Exciperet. tacita, sciturus talia, nocte
 Te Simete petit, pigri qua sulfure tetro
 Crateres fumant, ac non mergentia campos

K 3

Stagna

Stagna recasuras suspendunt turgida lymphas.
 Stat sacer horror aquis: & caligantia supra
 Terga, infernarum patet orbita nigra rotarum.
 A Styge principium lacubus non fabula donat,
 Sed manifesta fides: testatos nemo sefellit
 Hic impune deos, & descendente tabella
 Non exoratas subeunt periuria poenas.
 Haud procul hinc tēplū: medio ara uberrima tēplo
 Surgit, & omnigenum reddit donaria frugum
 Fratibus Aetnaeis, partu quos terra nouello
 Inuita superas Iunone refudit ad auras.
 Hac tunc æde ducem Latium responsa petentem
 Pellibus & stratis infusum membra, ligauit
 Sacra quies, cum sic gemini per somnia uates:
 Trinacriæ domitor, qui pilis gēssa retundens,
 Tertia Romulio suspendis opima Tonanti:
 Inuicti qui terga uides fugientia primus
 Ductoris Libyes, & postmodò sepe uidebis.
 Quòd tibi si diras syluarum euadere detur
 Insidias, Latijs tractum non alter ab oris
 Fuderit hunc pugna, nec Elyssæ fregerit arces,
 Multa quidem restant terris discrimina & alto,
 Victa tamen uobis pendet Carthago tributum.
 Exitus hic rerum: mox tertia deinde rebelli
 Arma leuans fastu, planis æquabitur aruis:
 Fusca tuæ tantum nec seruiet Africa Romæ.
 Huius famulaturus latè promittitur orbis,

Aequo-

Aequore quæ prodit, quæ conditur æquore Titan,
 Arctooos æterna premit quæ bruma Triones,
 Aestifera contrà uel quæ perit umbra Syenes.
 Hic tua progenies nunquam non celsa tenebit
 Culmina, dum summas mundi contingat habenas.
 Sed quoniam humani quicquid struxere labores,
 Subiacet excidio Martis licet urbe futurum
 Sit nihil astriferi maius sub tegmine coeli,
 Sæcula succedent, quibus illi armata potestas
 Concidat, ac solum tituli iam seruet honorem.
 Religione tamen princeps sine fine manebit:
 Nec mortale genus, dum sidera proferet æther,
 Vnquam septenas uenerari desinet arces,
 Quamuis Barbarico calcatas sepe tumultu.
 Imperio aut aliam nebit Clotho aspera sedem:
 Nec secus ex Italis consurget Roma ruinis
 Altera, deletæ quàm uestra è funere Troiæ:
 Altera Dardanijs sed & hæc habitanda colonis.
 Est locus in Venetis Altini littora contra
 Aequoribus, Riuum rudis accola nominat altum.
 Quis credat? fati sortem locus ille secundi
 Tarpeium post culmen habet ne temne, quòd illic
 Apricos hodie cernas considerare mergos,
 Ludere uel fulicas, uel lima madentia pandi.
 Nunc ubi rara teges, malè sarta palustribus uluis
 Flame labat Zephyro: uenturi mensibus æui,
 Aurea marmoreis fulgebunt templa columnis.

K 4 Quippe

Quippe aderit, centena iterum trieteride ducta,
 Bis denis super hæc triplicatis mæsibus ætas,
 Cum trux Sarmatico decurrens Hunnus ab Histro
 Hadriaci cunctas uastabit littoris urbes.
 Tunc Aquileia cadet: nec non Altina iacebunt
 Tecta, & cognata uobis Antenoræ arces.
 Ast euersa fuga linquentes oppida ciues,
 Non longinqua petent, sed primo in margine ponti
 Haud procul à terra communi in sede coibunt:
 Conuenæ ceu uestrum repleat cœtus asylum,
 Hæc nisi quòd nullos admittent septa nocentes.
 Exin paulatim numero crescente colentum,
 Tectorum accrescet numerus: ciuilia donec
 Iura sibi statuunt, ac uera sit urbis imago.
 Huc tandem ex omni tellure immensa uolabunt
 Agmina, tranquilli quærentum tuta recessus.
 Huc & uestra domus Parcarum stamine sese
 Transferet, ac patriæ fugiens aduersa prioris
 Quatuor implebit precioso pondere naues,
 Quæis delata freto duos appellet ad Histros.
 Inde accita nouæ socium moderamen ad urbis,
 Inter Patricios scribetur prima regentes.
 Nec iam accedentem capiet breuis insula turbam:
 Augescent miram sola sed natiua per artem,
 Lignea dum pelago moles fundata sub imo
 Sternitur, & dorso lapidum sustentat aceruos,
 Neue operum fabricas tumido mare proluat æstu,
 Præten-

Prætenta excludent uenientes brachia fluctus
 Aggeribus longis: quibus impingente procella,
 Nereus innocuas retrò dabit irritus undas.
 Nil ibi nascetur, nisi si quid procreat humor:
 Sed tamen uberius, quàm quæ nascuntur in aruis,
 Omnia abundabunt. sic illuc cuncta ferentur
 Partibus à cunctis, patulo subuecta profundo.
 Scilicet immensi postquam ad commercia mundi,
 Immisit medijs latè sua cœrula terris,
 Hoc pariter iam nunc Neptunus prouidet, ut sine
 Qui maris imperium stabili ditione gubernent.
 Quo natura parens, uelut in communia mittat
 Horrea, diuersis quicquid producit in oris:
 Vnde petant omnes, uitæ quod postulat usus.
 Nulla locum cingent rigida Lacedæmonos instar
 Mœnia: murus erunt nunquam penetrabilis illi
 Stagna per obliquos uariè interfecta canales,
 Quæ nec Titanes ualeant transcendere, nedum
 Porsena uel Brennus, Tyrio uel Hamilcare natus.
 Ausi olim propius, Genua pugnace creati,
 Ostentare rates, omni cum classe peribunt,
 Ostia quæ crassis stagnant Atesina lacunis.
 Quid nunc iura tibi memorem, quid facta uirorum,
 Quid spacium regni? totum non ulla per orbem
 Publica res, tantum forma durabit in una.
 Nec modò rex illâ, modò consul, & inde tribunus,
 Dictatorue reget: primo quæ cœperit ortu,
 K 5 Stabit

Stabit in aeternum series: discordia demens
 Diuiduam nullis scindet secessibus urbem,
 Ut uel Auentinum, uel Sacri culmina montis
 Occupet à domino plebes auulsa senatu.
 Corporis unanimi, ceu mundi lege meantis,
 Vnus erit praeses, uerum non una potestas:
 Aequa sorte sibi pariter dum consulit omnis
 Nobilitas, at non imifex sordida uulgi
 Polluet excelsas humili seffore curules.
 Praelia multa gerent, iustis tamen omnia causis.
 Illorum uires Syrio de littore pulsus
 Formidabit Arabs, illis seruantibus omnis
 Graecia Barbarica subducet colla catena.
 Illi Dalmaticis spoliabunt urbibus acres
 Pannonios, Cretam frangent ter Marte rebellem.
 Sed maiore nihil per gentes laude canetur,
 Quam pia pro uestro quod bella Antifite sument:
 Vaticanæ quem tunc profugum de sede cathedra,
 Nec tutas usquam latebras reperire ualentem,
 Hospitio excipient: ac terræ principe uicto,
 Clauibus aetherijs, rerum moderamina reddent.
 Sola diu contra Genuæ trucis aspera pubes
 De pelagi regno certabit uiribus aequis:
 In proprio donec portu superata quiescet.
 Tum demum Venetos metuet, Tartesia quicquid
 Ora uomunt, Euro quicquid perflatur & Austro,
 Quicquid Bosphoriae fundunt à uertice fauces.

Grandis

Grandis & in solida manet hos tellure potestas:
 Nec populo cuiquam tantum creuisse tot annis
 Contigerit. propè sex bella stis saecula Quirites,
 Nec dum tota subest Latijs Oenotria pilis:
 Vestrorum uirtus proauos transgressa nepotum
 Intra dena sibi subiget quinquennia magnam
 Italiae partem. quantum Phaethonius annis
 Claudis, & extremos iuga despectantia Carnos.
 Tanta urbi inuidæ claris de stirpibus orti
 Incrementa dabunt, Romano à sanguine ciues.
 Quos tua posteritas meritis ingentibus omnes
 Anteibit longè. titulis letare tuorum.
 Surget ibi dux summe tuis ex ossibus, alter
 Marcellus, qui facta suis tua transeat actis.
 Quimos tu consul, geminos pro consule fasces
 Accipies, illum totidem uix tempora cernent
 Priuatum, quotiens repetent tua nomina fasti:
 Nola tibi seruata fuit, seruabitur illi
 Brixia: quot te annis lassarunt orta Corintho
 Moenia, Veronam tot lucibus ille resumet,
 Qualem tu Hannibalem docuisti cedere primus,
 Talem ille ante omnes Picinimum cedere coget:
 Virromari torquem tu uictor & arma tulisti,
 Obsessum in patria letho dabit ille Philippum:
 Ars senis unius pelago tua uela remouit,
 Illius ingenium siccas uehet ardua classes
 Per iuga: Tu superas homines, hominum uic labores,

Nature

Collatio

MARC. VEN. PANEG.

Naturæ indomitum permolliet ille rigorem:
 Te duce Pœnus atrox en uestra palatia terret,
 Ille sua hostiles pulsabit cuspide muros:
 Cum tot collegis tu uix & parta tueris
 Omnia, quæ ueterum fuerint quæsitâ triumphis.
 Vnicus ille suis, aut iam deperdita rursus
 Asseret, aut medio præstabit tuta periclo,
 Insuper antiquis tantundem finibus addet.
 Ergo fatalis numeri compage soluta,
 Mortalis uitæ fragilem cum liquerit umbram:
 Non pœnale chaos, tenebris nec densa subibit
 Tartara, coelestem scandet nouus indiges aulam:
 Inter & astrorum cœtus conuiuia recumbet,
 Perpetui senium pulsurus nectaris haustu,
 Qua pater Alcides uxoriam pocula siccant,
 Qua Perseus, & Liber, & inclyta germina Lædæ,
 Quæ residet uestre Veneris cum prole Quirinus.

FINIS PANEG. AD
 Marcell. Ven.

AD

AD IMP. CAES. FRIDERICVM III. PRO PACANDA Italia, Iani Pannonij Carmen.



Nuperatorum decus & sublime ruentis
 Ausoniae salue columen, salue inclyte
 Caesar,

Salue cura deum, salue caput urbis & orbis:
 Quem nondum nostri curam dimittere mundi
 Sidera nostra dolent, & liuidus ingemit æther:
 Oenotrias Friderice uenis optatus ad urbes.
 Te per gramineos saltus, & uallibus imis
 Leniter exiguo serpentes murmure riui,
 Et liquidi fontes, & flumina glauca uocabant.
 Te cum frondiferis montana cacumina syluis,
 Et freta quæ Hesperias claudunt circumflua gentes,
 Te cum supplicibus clamabant oppida muris.
 Credo equidem te sancta deum mortalibus agris
 Numina, terrenos tandem miserata labores,
 Demisisse polo, frustra retinentibus astris:
 In quo per numeros uirtus se effunderet omnes,
 Per quem pax totum floreret læta per orbem,
 Et uiolenta suos sedarent bella tumultus.
 Per quem Cesareum transcenderet æthera nomen,
 Et recidiua nouos spectaret Roma triumphos.

Cuius

Cuius & auxilio sanctæ ueneranda potestas
 Cresceret Ecclesiæ, quem mox reparanda maneret
 Quæ quondam maduit diuino sanguine tellus.
 Per quem Barbaries sacris operata profanis,
 Inciperet uerum templis adscribere numen.
 Nec secus eueniet, dudum te cœlifer Atlas,
 Te dudum trepidis submissus collibus horret
 Caucasus, & prona declinat rupe cacumen.
 Te Tanais gemini dirimens confinia mundi,
 Te tremit amissum deplorans Nilus Osyrim:
 Nec proferre solo pavidum caput anxius audet
 Tigris, & Aonios reminiscitur India thyrsos.
 Quare age Romanæ sub pristina uincla catenæ
 Barbara colla reduc, indicere bella prophanis
 Incipias populis, & totis uiribus almam
 Propagare fidem. præsens fortuna fauebit,
 Et pater omnipotens ingentibus annuet orsis.
 Parce tuam mentem priuatis angere curis,
 Parce, & sublimes animos super æthera tolle.
 Romulidas ueteres imitare potentibus armis.
 Omnes qui priscis Romam tenuere sub annis,
 Curauere aliquos Romano adiungere semper
 Imperio populos: hic oppida Graia subegit,
 Huic dedit insignem pubes Germana triumphum,
 Aegyptusq; nocens, diuesq; Britannia lucis.
 Est qui bellaces iuga ferre coëgit Hyberos.
 Est qui foedifragos Gallis cum fortibus Aphros

Perdo-

Perdomuit, Parthos alius compescuit arcus,
 Alter Hyperboreo Dacos submouit ab Istro.
 Hos oculis propone tuis, hos lumine memis
 Contemplare duces: uel te serabella uocabunt,
 Vel secura quies tranquilla pace fouebit.
 Hos præceptores regali delige uite.
 Hos imitans claris studeas præcellere factis.
 Quid pateris gentes, falsæ quas impius error
 Relligionis habet, nostrum crudelibus armis
 Impugnare Deum? pudeat te maxime Caesar
 Claudier angusto Romanos limite fincis,
 Hos, quibus occasus prius haud suffecit & ortus,
 Et gens quàm gelido torquet plaga subdita Cæcro,
 Quam glaciale premit sidus Stymphalidos ursæ.
 Quid pateris domine quondam tecta aurea Romæ,
 Nunc fractas ueteres tantum ostentare ruinas,
 Et resupinatis proauita cadauera bustis,
 Qualis erat Troiæ facies Priameidos olim?
 Nam simul Argiuis fumarunt eruta flammis
 Pergama, & innumeros iacuere euersa per annos,
 Tum situs inceptit pronis increescere muris,
 Et desolatas implerunt gramina fossas,
 Magnorum heroum ruptis disiecta sepulchris
 Ossa per incultos albebant squalida campos.
 Iam rimosa cauas prodebant saxa latebras.
 Laomedontæum laxa compage cadauer (Tros,
 Vix tumulus cohibebat hians. hic Cynthius, hic

Hic

Hic flebat nudus marcentem Dardanus urnam,
 Iam Paridis monumenta solo conuulsa iacebant,
 Iam leuis Hectoreum cinerem disperferat auster.
Talem nunc stratis Romanam moenibus urbem
Aspicimus, sola molem testante ruina.
 Huic strue sublimes peregrino marmore muros,
 Et cum Roma tuis opibus renouata resurget
 Arma para populos expugnatura rebelleis.
 Sed prius Italicis optatam redde quietem
 Urbibus antè omnes, unum hoc curare paratus
 Esto memor, pacem colles & robora clamant,
Pacem stagna, lacus, pacem fera saxa loquuntur.
 Ne te crede meis aures adhibere querelis,
 Nec nostras audire preces: has pectore mœsto
 Ipsius Italiae uoces manare putato:
 Conspiciam angusta regalis imagine formæ
 Matronam pullo corpus uelamine tectam
 Finge uidere oculis, passo quæ inculta capillo,
 Et stantes laniata sinus, contusa lacertos,
 Nec non turrigera frontem præcinctâ coronâ,
 Sed malè semirutas sustentans uertice turres,
 Ante tuos recubare pedes uideatur, & agro
 Fulda caput cubito terra uix colla leuare,
 Et gaudere, suas primùm quòd adiueris oras:
 Mox singultatas eructans pectore uoces,
 Ingentem grauibus gemitum miscere querelis.
 Ergo his incipiens sermonibus ora resoluet:

Cum

Cum niger antè meos numeraret calculus annos, *Oratio*
 Tandem se nobis niueo signanda lapillo
 Obtulit una dies, qua te clarissime Caesar
 Conspicio demum nostras inuisere terras.
 Hoc erat, hoc uotis tempus quod mille petebam.
 Sæpe sacrata deùm lachrymis aspersimus ora,
 Duximus auratos sæpe ad delubra iuuenos
 Aduentus orando tuos, & supplice flamma
 Thura super tepidis Eoa cremauimus aris.
 In te nostra salus, in te spes unica pacis
 Pendet: & est tota terrarum nullus in orbe,
 Qui plagis medicare meis, quid amna leuare,
 Te queat excepto. nos perdere solus, & idem
 Conseruare potes: nostræ Fortuna salutis,
 Te nostræ facit esse necis Fortuna potentem.
 Perdere posse sat est, potius seruare labores.
 Quo magis in celsa te numina sede locarunt,
 Hoc te plus mitem miseris præstare memento.
 Hanc Deus ob causam reges statuisse superbos
 Traditur, & terris superimposuisse regendis,
 In primis caueant, ne cedat uiribus æquum,
 Ne quis ob inuidiam manibus uioletur iniquis
 Imbellem uexare potens, opulentus egenum
 Occultis lactare dolis & fraudibus ausit,
 Ut bene cuncta suo tueantur subdita regno,
 Bella procul pellant, populos in pace gubernent,
 Ciuibus æqua suis sapienter iura ministrent.

L

Ergo

Ergo age, quando quidē tantū potes, optime regū,
 Omnis ut infœlix te patrem mundus adoret,
 Da requiem miserae, Martem compesce cruentum,
 Eripe quod superest, lethalibus eripe bellis.
 Hec & erunt terris, & erunt gratissima coelo:
 His poteris magnum tibi conciliare Tonantem,
 His poteris faciles meritis tibi iungere diuos:
 Quos nullum iustas adeò compellit in iras
 Crimen, ut humane cursum præcidere uitæ.
 Quos non ulla solent adeò benefacta secundos
 Reddere, ut instantis nigrum producere Parcæ
 Stamen, & immerito subiturum funere manes
 Conseruare hominem: cum sit preciosius unum
 Hoc cunctis animal, cum sit coelestibus ipsis
 Charius, & sacram deducat ab æthere mentem.
 Quinetiam ueterum perhibent monumenta uirorū,
 Hunc apud antiquos morem uiguisse Quiriteis:
 Cuius Romanum seruasset dextera ciuem,
 Tempora uitali gereret circumdata quercu.
 At per quem fusi cecidissent fortiter hostes,
 Milia qui Stygias misisset quina sub umbras,
 Alta triumphali peteret Capitolia pompa.
 Quòd si tunc tantus ciuem seruantibus unum
 Prestabatur honos, multos uē necantibus hostes,
 Quæ tibi laus poterit, quæ gratia digna rependi,
 Qui tot supremam solus promoueris horam
 Gentibus, è medio qui tot renocaueris Orco

Ereptos

Ereptos fatis homines? tu mille triumphos
 Tu totidem laurus, tu mille merebere quercus.
 Cum uenias nostras foelix ac letus ad urbes,
 Et ueneranda sacras initurus foedera tædas,
 Fac ne mœsta tuis occurrere cogar ocellis:
 Sic auibus celebres ius connubiale secundis,
 Semper amica tuis faueant sic numina uotis,
 Et te prole beent, totum qui subiuget orbem,
 Accumuletq; tuos gestis maioribus actus.
 Sic foelix regnes, sic te per secula reddant
 Prudentem Phoebus, facundum Pleiade natus,
 Consilio Pallas, Mars fortibus adiuet armis,
 Sceptriger æternum Saturnius omine fausto
 Augeat imperium, quod terminet Auster, et horrēs
 Cum Zephyro Boreas, quod lutea finiat Eos.
 Tempora dum numero, dum res ab origine prima
 Sæpe meas repeto, bis dena reuoluitur ætas,
 Et bis millenos exegit Cynihus orbes,
 Ex quo uix ullam potui sentire quietem,
 Assidui sæuo Martis lacerata furore.
 Me miseram,, quanta trepidat formidine pectus,
 Dum ueteres casus, dum funera prisca recordor,
 Vt cum Romuleam radicitus excidit urbem
 Cruda manus Senonū: cū belliger horrida Pyrrhus
 Pro Lacedæmonio Romanis arma Tarento
 Intulit: Hispanis olim cum cædibus ardens
 Hannibal oppositas perrupit turbidus alpeis,

L 2 Hanc

Hannibal exitium populis fatale Latinis,
 Hannibal Hesperium miles iuratus in hostem.
 Quid memore strages, quas Cymbricus edidit ensis?
 Quae mala pertulerim, quos sum perpeffa labores,
 Gothica cum uictam uastarunt agmina Romam?
 Sed quid ego priscis lachrymas impendo ruinis?
 Vix noua flere uacat: nobis hoc durius auum
 Extitit, & nullos tulimus grauiora per annos.
 Nec tamen, ut pudeat mea me deplangere damna,
 Vulneribus nostris peregrinū adscribimus hostem.
 Plus me barbaricis laesere domestica damnis.
 Vulneris auctor ego: proprio male sana, quid ultra
 Confodior gladio, memet mea dextra nephandum
 Dilaniat: noto rimantium uiscera ferro
 En aliud ciuile nefas surrexit, & ecce
 In miseram rursus iurarum pignora matrem:
 Ac uelut iratis in eodem corpore membris,
 Et pedibus clunes, & dextrae laua repugnet,
 Dissideant nares oculis, & naribus aures,
 Decertet cum uenire caput, cum pectore tergum.
 Aspice quos Athesis, quos perfluit Abdua campos,
 Aspice cum Thuscis Picenas gemibus urbes,
 Et quas possedit Calydonius aduena terras,
 Cuncta simul Mauorte fero quassata uidebis.
 Arsit humus bellis, bellis flagrauit & equor.
 Adria nauifrago metuendus gurgite, nuper
 Vidit Aragoneas Venetis certare carinas,

Et

Et facere infestum remis mare. uidit easdem
 Vrbs Alpheas suos propter discurrere portus,
 Et quam Tyrrhenus lambit Populonia gurges.
 Damna Placentinae querar immanissima praeda,
 Insubris ne prius miserer ieiunia terrae?
 Parthenope exactum deplangit prodita regem,
 Ingemit anguigeris bis circumfessa cateruis
 Brixia, deplorat populatos Bergomon agros.
 Vrbs Venetum saeuo deletas igne triremes
 Luget, & assiduis exhausta aetaria bellis.
 Singula quid refero? millena uolumina nostros
 Vix capient casus: nec sat foret integer annus
 Dicere, qui nostris rubuere cruoribus annes.
 Ipse potes praesens mea detrimenta uidere,
 Ipse potes cumulo deprendere cuncta sub uno.
 Nam bellis diuersa trahor, uelut alnus in undis
 Quam fera tepestat, quam grandine turbidus atra
 Iuppiter, & nimbis & fulmine uexat hiulco:
 Quam uentosa premunt & toto flamina caelo:
 Temonem Zephyrus, remos niger abstrahit Eurus,
 Antennas & uela simul rapit humidus Auster:
 Subuertit malum Boreas, & texta relaxat
 Pineas, donec inops & ademptis debilis armis
 Fluctuet, & medium natet errabunda per equor.
 Ingenuae in paruis quod habentur honoribus artes,
 Quod cessat Phoebea chelys, quod carmine rupto
 Aonia siluere deae, Mars impius egit.

L 3

Que

Quæ tamen ad nostros ut te contendere gressum
 Accepere lares, mentis formidine paulum
 Seposita, citharis respirauere resumptis.
 Quod spretis audax Musis petit arma iuuentus,
 Et uolucres premere audet equos Mars impius egit.
 Quod mea tam crebris albescunt ossibus arua,
 Et raris sunt culta castis, Mars impius egit.
 Quod cernis nullum deferta per oppida ciuem,
 Nec campis errare greges, Mars impius egit.
 Conspicis impulsas castis quod turribus arces,
 Et uacuas nutare domos, Mars impius egit.
 Quod ligo, quod uomer, quod sarcula, rastra, biden
 In gladios abiere truces, Mars impius egit. (tes,
 Et quæ me grauius Fortuna gemiscere cogit,
 Non alienigenas pascit mea gaza latrones,
 Sed latus in nostrum seuit uernaculus hostis.
 Quin uelut una parum miseram discrimina ledant,
 Et quibus afficiar desim incommoda, pestem
 Omnipotens genitor nostras commotus in urbes
 Misit, ob infandas cedes & bella cruenta.
 Desunt ligna rogis, tumulis humus, ignibus aer.
 Lethum omneis commune rapit, nec plebe senatum,
 Nec sera ruga uiridem fecerunt eplebum
 Hoc decrat: simul ille egram timor additus angit,
 Cum me finitimis oppressam uiderit armis,
 Et tot corrupto perpeffam funera celo,
 Barbara turba meos tentet ne inuadere fines.

Nescio

Nescio quæ ambiguae dudum mala murmura fame
 Aucupor, ingenteis iam pridem sentio motus.
 O' potius Iouis igne cremer, uel in æquora mergar,
 Ne natis sim præda meis, ne ut uipera foeto
 Ventre tumens peream, ne me meus enecet ensis.
 Quandoquidem superis placuit me perdere iniquis,
 Malo peregrino confossa occumbere ferro.
 In me uulniferas audax Hispania fundas,
 In me nigra fugax reflectat spicula Parthus:
 Me petat infestis fatalis Gallia gæsis,
 Me me falce Getes sternat Mauortius, in me
 Dirigat Eoas Macedum gens dura sarissas:
 Me Numidæ celeres, me Thrax, me concolor Indo
 Inuadat Maurus: in me fera Grecia uertat
 Millerates, in me decies centena uirorum
 Millia Persis agat: quicquid complectitur Hister,
 Et Nilus, quicquid populorum maximus orbis
 Coninet, in nostrum ueniat caput, una tot armis
 Obruar, exaturem crudelis sanguine diuos,
 Et tegar æterno non surrectura sepulchro.
 Esse reor satius quamuis incurrere sortem,
 Dum ne gentilis fodiat mea guttura mucro.
 Sed minimum mea uota ualent, iam nota parantur
 Tela meo iugulo uident ut coniurat in arma
 Omne genus? Vident ut seuum mare, terra, mimetur,
 Infelixq; suos nutrix formidet alumnos?
 Hinc Genuense solum popularibus æstuat armis.

L 4 Seditio-

Seditiosa suos pauet inde Bononia ciueis,
 Hinc Florentinæ muris instare phalanges
 Sæua tremit. Venetos hinc terret Sfortius heros,
 Excidium populis crudele minatur Hetruscis
 Pugnaceis in castra mouens Alphonsus Hiberos.
 Undiq; ut Herculeæ ceruix rediuiua colubræ,
 Undiq; per gentes discordia pullulat amens,
 Undiq; bella sonāt: fremit horridus undiq; Mauors
 Et clypeo fulgens, & cassidis igne coruscus.
 Hinc pavor & terror conspersos sanguine currus
 Et uolucres moderatur equos, comitantur euntem
 Insidiæ, ac præceps cum cadibus impetus atris:
 Et cæcus furor, & rabies germana furoris:
 Bellona armatas uocat ad certamina turmas,
 Sanguineaq; tuba resonat lachrymabile signum.
 Post hanc pacifera sumpto gestamine oliuæ
 Pallas saxificos in pectore concutit angues.
 Tisiphone immitis lethæum egressa barathrum
 Effera crinaleis ad sibila concitat hydros,
 Et rotat accensam media inter milia taxum,
 Assidueq; nouas clades, casusq; recenteis
 Nunciat, & crebros iterat uaga fama timores.
 Quæ precer? aut quid agā? quonā mea lumina uertā?
 Quos prius appellem? quos sperem offendere rebus
 Auxilium miseranda meis? quæ numina clamem?
 Te, quem sidereo non fors demisit olympo,
 Sed bonus in nostras iussit descendere terras

Iup-

Iuppiter: his oro miseram defende periclis,
 Hos animo depelle metus, ac pace sequestra
 Comprime feraleis princeps Auguste tumultus,
 Comprime, & admota sana mea uulnera dextra.
 Fac ne ciuilis Genuam dissensio turbet,
 Expulsas reuocet pacata Bononia partes.
 Appulus Etrusco, Veneto iungatur amicus
 Insuber, & longos olim mansura per annos
 Fœdera percussæ confirmet sanguine porce.
 Et quos innumera locupletauere rapinae,
 Vis quibus, & ferrum, quæ sitos crimine census
 Auxit, & in prædam miseri domus acta propinqui,
 Ad possessores referant ablata uetustos:
 Quin aliquis cultas spoliare insignibus aras
 Suetus, & auratas superis abradere uestes,
 Numina maectatis ploret uiolata iuuentis,
 Et quæ sacrilego manus abstulit improba furto
 Restituat. sed ab his exemptus legibus esto,
 Si quis lethiferum Marti subduxerit enses.
 Abiecta lentus requiescat cuspide miles,
 Et faber agrestem uertat thoracas in usum.
 In falcem redeat cassis cristata recuruam,
 Rustica de longo fiat mucrone securis,
 Et reclusa serent Ianum delubra biformem.
 Sic ego, quæ insano pereundi ardore tenebar,
 Et per barbaricos optabam incendier ignes,
 Sanior in rectum redigam mea uota tenorem,

L 5

Nec

Nec desyderium tam crudæ mortis habebō,
 Sic & ab externis manibus tutissima uiuam.
 Tum pater omnipotens nostro mala nubila cœlo
 Pellet, & Oenotrias spectabit mitior oras,
 Cum positos enses, & conciliata uidebit
 Oppida, sic florens, sic fortunata uocabor:
 Sic fœlix, sic diues ero, sic cuncta resurgent
 Quæ ferus armifona prostrauit grandine Mauors.
 Sic tandem incipient antiqua emergere iura,
 Sic tandem incipient sanctæ resipiscere leges,
 Quæ primum lituos, quæ classica rauca tremebant.
 Tunc intermissus cuius reuocabitur agris,
 Tunc rumpent sacræ diuturna silentia Musæ,
 Et cantando tuos Helicon sudabit honores.
 Non ego, quod quondam sæclo meliore tenebam,
 Totius imperium terræ: peto dummodo pacem
 Des miseræ, qualem sub rege quieta Sabino
 Roma, uel Augusto uidit sub Cæsare mundus.
 Regna haud parua dabis. laus te uentura mouere
 Debet, & æternæ precium indelibile fame.
 Quippe per extremas latè celebrabere gentes
 Largitor pacis, & fului conditor aui,
 Et per cuncta tuum florebit secula nomen,
 Dum uolucres aër, dum pascet sidera cœlum,
 Gramine dum tellus, dum piscibus affluet æquor,
 Dum pater Oceanus refugo circumfluet orbem
 Surgite, fraterno dum splendida sumet ab astro

Lumina

Lumina cornigeræ fidus reparabile lunæ.
 Nunc igitur longis finem impositura querelis,
 Me genibus commendo tuis. ad cuncta paratam
 Iussa, uel Aethnæos iubeas intrare caminos,
 Accipe, et in cunctos comitem me assume paratus:
 Accipe deuotam sincero corde ministram.

D I O M E D I S E T

G L A V C I C O N G R E S S V S.

L O C V S E X H O M. I L I A D. V I.

à Iano Pannonio Latino carmine
 redditus.



L A V C V S at Hippolocho satus,
 & Tydeius heros,
 In medium coiere, manum conferre
 parati:

Ac iam collato propius se Marte petebant,
 Cum prior ingenti Diomedes uoce profatur:
 Quis nam tu quæso mortali è stirpe uirorum?
 Nam qui conspicuo nunquam in certamine nobis
 Ame hac uisus eras, animis nunc grandibus omnes
 Transisti, nostris ausus subsistere telis,
 Occurrunt genio quibus infœlice creati.
 Quod si quis diuûm summo descendis Olympo:
 Non ego cœlicolis optem contendere pugna.

Nemo

Nam nec magnanimi proles uiolenta Dryantis
 Eualuit superesse diu, dum numina contra
 Bella gerit: madidi nutrices ille Lyæi
 Egrot præcipiti iuga per Nysæia cursu,
 Ille in humum thyrsos passim sudere uirentes,
 Verbera sanguinei fugiunt dum sæua Lycurgi:
 Ipse etiam in fluctus salijt conterritus Euan,
 Quem Thetis humenti gremio miserata recepit:
 Quippe Deum turbante uiro, metus acer habebat.
 Inde dolor facilem ducentia numina uitam
 Asperat, et uisum misero Saturnius aufert.
 Nec longo infensus diuis post tempore uixit.
 Haud igitur cupiam cuiquam certare deorum.
 Sin hominū ex numero es, terræ qui munera carpūt
 Accede, ut lethi quamprimū limina tangas.
 Tum cōtra Hippolochi sic excipit inclyta proles:
 Quid genus exquiris sate sanguine Tydeos alti?
 Quale genus folijs, tale et mortalibus agris.
 Nam folia hæc rapiens sternit Notus, illa comantes
 Producunt syluæ, frondosi tempore ueris:
 Haud aliter soboles uiget hæc, nunc illa uirorum.
 Quod si tantus amor stirpem tibi noscere nostram,
 Quam tamen innumera gentes nouere per orbem:
 Vrbs est Argolicas Ephyre inter condita fauces:
 Sisyphus Aeolides, quo Glaucus patre creatur,
 At Glauci magnus de semine Bellerophontes
 Nascitur, huic letos superi uirtutis honores

Affla-

Afflarant, sed Proetus ei mala mente mouebat:
 Donec longè opibus polleuior eijcit Argis,
 Ipsius quos tum sceptris subiecerat altus
 Iuppiter. at duri coniunx Antia tyranni
 Ardebat dulci iuuenem cognoscere furto,
 Sed procul illecebras turpes mens casta refugit.
 Illa hæc ad Regem fatur mendacia Proetum:
 Ipse cadas, Glaucos genitum uel Proete necato,
 Inuitam qui me stupro uiolare parauit.

His Rex auditis tacitas exarsit in iras:
 Sed iuuenem ueritus manifesto perdere letho,
 Ad Lycias mittit scriptis cum tristibus oras,
 Impia signatis perarans arcana tabellis,
 Callidus has socero periturum ostendere mandat.
 Ille Deū ductu Lyciam meliore petiuit.
 Quam tandem et Xanthi postquā puenit ad undas,
 Exhibet huic magnos Lycia regnator honores
 Ter trimis totidem mactans armenta diebus.
 Ut decima effulsit digitis rubicantibus Eos,
 Tunc edi mandata rogat. tum cernere poscit,
 Si qua sibi à genero portetur epistola Proeto.
 Ergo notas postquam generi percepit iniquas,
 Indomitam primū iubet expugnare Chimeram:
 Bellua non hominum, sed erat genus illa deorum, Chir
 Antè leo, capra in medio, ponè horridus anguis.
 Turbida flagrantis spirans incendia flammæ:
 Sed tamen hanc strauit, diuūm portenta secutus.

Congre-

Congreditur Solymis illustribus inde, nec unquam
 Acrius hoc sese certamen inisse ferebat:
 Tertio Amazonias fudit d' scrimine turmas.
 Huic reduci alterius fraudis tentamina textit:
 Quippe legens Lyciæ fortissima corpora pubis,
 Collocat insidias: quos omnes perculit heros
 Glauciades, patriæ nec quenquam ad tecta remisit.
 Ut tandem agnouit diuina è stirpe creatum,
 Detinuit secum, natæ connubia pactus,
 Cum qua dimidium regni partitur honorem:
 Dant simul et Lyciæ gentes, quem percolat agrum,
 Arboribus longè lætum, & foelicibus aruis.
 Illa parit magno tria pignora Bellerophonti,
 Isandrum, simul Hippolochum, sed tertia proles
 Laodamia fuit: summa quæ iuncta Tonanti,
 Belligerum sacro fudit Sarpedona partu.
 At postquam huic etiam succensuit ira deorum,
 Arua pererrabat comitatus Aleia nullo,
 Ipse suum cor edens, hominum uestigia uitans.
 Isandrum ast illi miserando funere natum,
 Trux perimit Mauors, Solymis dum prælia miscet:
 Hanc irata suis figit Dictynna sagittis.
 Hippolochi uerò me dico è semine cretum:
 Qui dum me patrijs ad Troiam mitteret oris
 Fortibus antè alios monuit clarescere factis,
 Nomina magnorum nec dedecorare parentum,
 Quos Lyciæ terra ampla tulit tulit alta Corinthus:

Tanti

Tanti sublimem generis me gloria tollit.
 Talibus exultat Tydides acer, & hasta
 In terram fixa, dictis ita fatur amicis:
 Dudū equidem nobis patrius cognosceris hospes,
 Egregium Hippolochi patrem nam maximus olim
 Hospitio tenuit bis denis lucibus Oeneus:
 Mutua quinetiam tribuerunt dona uicissim,
 Oeneus puniceo fulgentem murice baltheum,
 Insignem fuluo pateram dedit ille metallo.
 Hanc ego digrediens, intra mea tecta reliquī,
 Tydeos hanc memini: nā me pater optime paruum
 Deseris, ad Thebas perijt cum Graia iuuentus.
 Hinc ego sum medijs hospes tibi fidus in Argis,
 Tu contra in Lycia quando hanc peregrinus adibo.
 Ergo etiam turba ferro abstinemus in ipsa:
 Multi nam Troum, sociorum ex agmine multi,
 Quos maectem tantum Deus offerat, et pede prendā:
 Nec tibi quem perimas, possis modò, desit Achiuus.
 Arma sed hæc inter nos commutemus, ut omnes
 Hospitijs iunctos norint gaudere uetustis.
 Sic fati: extemplò saliuunt è curribus altis,
 Ac dextras tangunt, & pacis foedera firmant.
 Sustulit hinc mentem Glauco Saturnia proles,
 Qui cum Tydide permutans arma feroci,
 Aerea susciperet, bobus uix digna nouenis:
 Aurea centenos daret ipse ualentia tauros.

FINIS.

IA.

IANI PANNONII
QUINQUE ECCLESIENSIS.

Episcopi, Elegiarum Liber I.

NAIADVM ITALICARVM PRIN-
cipi diuæ Feroniæ deuotus hospes, Ianus Pannonius
cecinit, in reditu ex urbe. Non. Iunijs.

M. CCCC. LVIII.

Elegia I.



FONTIS aue sacri mater Fero-
nia, cuius
Fœlix Pœonias Narnia potat
aguas.

Iam propè littorei tetigit sol bra-
chia cancri,

Sentit & Icarium feruida terra canem.
Tolle sitim, seuis tulerat Langia Pelasgis,
Quæ nostra exurit pectora, tolle sitim.
Sic tibi magna parens alimenta æterna ministret,
Sic nunquam uena pauperiore fluas.
En semel, en iterum, quod ferrea fistula fundit,
Excipiunt latices guttura sicca tuos.
O quantus re lijt membris uigor: ô mea quando
Viscera diuinus liberat igne liquor?
Ergo operæ nobis precium fuit, alta Libantis
Ad iuga cliuoso tramite ferre gradus.

Nec

Nec uenter quâuis repetito immurmurat haustu,
Sudorem subitum nec grauis humor agit.
Iam libet & pulchram mirari turribus arcem,
Quæ surgit sanctis proxima gurgitibus.
Audire & strepitum quem subter ualle profunda
Spumea sulfurei fluminis unda facit.
Ac totos circum lustrare ex ordine montes,
Pura salutiferi quos fouet aura poli.
Ante uoluptatem spectacula nulla manebant,
Cum premeret torrens ora perusta uapor.
Ocyus huc adsit, toto grege pinguior hœdus,
Mutet & effusus uitrea stagna cruor.
Adsint & liquido Bacchi cum munere flores,
Nec cesset laudes uox resonare pijs.
Salue iterum è Latijs longè celeberrima nymphis,
Hospitis & grati suscipe dona libens.
Tu placidam miseris requiem mortalibus affers,
Corpora tu rapidis febribus ægra leuas.
Nec soli debent homines tibi, debet & æther:
Aurea cum pascas roribus astra tuis.
Phryx puer haud alias miscet cum nectare lymphas,
Nec sua Mars alio uulnera fonte lauat.
Debita soluentur semper tibi uota quotannis,
Dum mea uitalis spiritus ossa reget.
Nec plus Castalias, quàm te, uenerabimur undas,
Musarum & nobis numinis instar eris.
Sed tamen in fessas unde hæc medicina medullas,

M Omnia

Omnia quæ nostis dicite quæso Deæ?
 Euander ternis Herulum spoliauerat armis,
 Crudeles genitrix inuocat orba Deos:
 Iuppiter est flentem cœlo miseratus ab alto,
 Corpus & in tenues iussit abire lacus.
 Nec uoluit riuus esse ex uulgaribus unum,
 Sed superis magno fecit honore parem.
 Præcipua hinc leuitas: hinc uis contraria morbis,
 Hinc clarum tota nomen in Ausonia.

DE ARBORE FOECUNDA

Elegia II.

ARBOR LOQVITVR.

ILLA ego, quæ recto cœlum modò uertice adibant
 Arbor, humum paruis uerro cacuminibus.
 Nec me externa grauant alienæ pondera molis,
 Sed premor infœlix fœtibus ipsa meis.
 Euertère alias cum seuis fulmina flabris,
 Fertilitas nobis exitiosa uenit.
 Mansissem incolumis, si non fœcunda fuisset:
 Nunc iacio proprijs obruta pignoribus.
 Nec iam aliud superest, nisi ut atra casa bipenni,
 Ingerar igniferis officiosa focis.
 Quo nucis est p̄tor mea sors: ego lædor ab ipsis
 Fructibus, ob fructus læditur ipsa suos.

un: Furca leuat quam poma grauant. sic sepe hæc
 Præsidio exhermi, quæis nocere sibi.

Hæc mercede fuit genitrix Agamemnonis uxor,
 Vel quæ celatum misit in arma uirum.
 Talia de natis referent si præmia matres,
 Sacra ubi nature iura potentis erunt?
 Scilicet hæc ratio est, uoluit dum gignere nupta,
 Ut medio crescens uentre necetur onus.
 Diræ utinam nostros cussissent frigora flores
 Tum, cum prima nouo germina uere dedi.
 Aut ubi mox teneris stabam densissima baccis,
 Ventus abortiuas diripisset opes.

Præberem uacuas æstum uitantibus umbras,
 Maximus hinc platanis conciliator honos.
 Vos ego proceri moneo pulcherrima trunci
 Ligna, quibus latè brachia longa patent:
 Pomiferam cultis laudem ne quærite in hortis,
 Sit uobis sterili fronde uirere satis.
 Poma grauamen habent, & se gestantibus obsunt:
 In uacuis folijs forma decoris adest.
 At tu qui transis, furcam supponere lapsæ
 Ne pigeat, stratas & releuare comas.
 Sæpe peregrina fuit clementia dextræ:
 Tristia cognata uulnera facta manu.
 Ergo aliquod miseris fulcimen subijce ramis:
 Fortè quòd hinc carpas, cum remeabis, erit.
 Sic leue quod portas sit onus: sic ipse tuorum
 Nil unquam possis de pietate queri.

IANI PANNONII
EPI TAPHIVM BAR-
baræ matris.

Nobilior uitæ meritis, quàm Præsule nato,
Hac sub marmorea Barbara mole iacet.
Dum licuit, stirpis fouit pia cura parentem.
Illi dulce fuit sospite prole mori.
Nunc pro se uicibus numen coeleste precantur,
Filius in terris, mater in arce poli.

Œquos DE MORTE BAR-
baræ matris.

ELEGIA. III.

Quid querar, unde nouo sumam fomenta dolori?
Ecce iacet lachrymis mater humanam eis.
Ergo erit ista dies, nobis dum uita manebit,
Semper acerba licet, ritè colenda tamen:
Siue illam Libyco longè deprensus in æstu,
Siue Lycaonio sidere pressus agam.
Nam quoties agilis sese conuerterit annus,
Nostra recrudescet tempore plaga suo.
Ammonitus ^{indan} plangam, pietas renouabit honorem,
Mæsta pius tumulo munera reddet honos.
Atra dies, Nonas sequeris quæ quinta Decembres,
Accipe non alba tristia signa nota.
Turbidior nobis caligine noctis opacæ
Semper eris, puro tu licet igne mices.
Quanquam nunc etiam non lata luce coruscas,
Sed nigris horres concolor exequijs.

Aethc

Aethereos tractus radijs imperuia nubes

Abstulit, & ^{non} nebulis obsita terra latet.
^{fecit} Talibus officijs talis bene conuenit ac,

Non sumi funereis apta serena rogis.

Nec grauis hoc egit nimboris flatibus Auster,

Ipsa ultro nostris addolet aura malis.

Tu uerò nimium nobis infense ^{november} December,

Cur toties in me perfida bella moues?

Non ne semel rapto tibi me læsisse Guarino

Sat foret? en iterum ^{gaurdia} uulnera nostra nouas.

Ultime bisseis rapidi de fratribus anni,

Inuidiose uiris, inuidiose deis.

Tu damno lucis nocturnas porrigis horas,

Ducis & exiguo tramite solis equos.

Tu pigro informem contristas frigore mundum,

Exuis & campos gramine, fronde nemus.

Mense tuo nec prata greges uiridantia tondent,

Nec leue sub folijs garrula cantat auis.

Tu facis, ut latè populantibus omnia Turcis,

Tecta gelu faciles præbeat unda uias.

Te quondam Genio sacrauit uana uetustas,

At tu debueras Manibus esse sacer.

Vana queror demens, nil unquam tēpora peccant,

Quæ peragit uerso mobilis orbe polus.

Vos potius nostri mœroris crimen habetis

Sidera, fataleis ^{alorite} uoluerē nata uias.

Vos penes est uitæ pariter cum morte potestas.

M

3

Auo-

A uobis causas inferiora trahunt.

Quid iuuat o superi fixisse nocentia caelo

Astra, quid erranteis constituisse globos?

Sponte sua lethum mortalibus imminet agris:

Sponte sua è fragili corpore uita fugit.

Si lesura homines stellarum signa fuerunt,

Debebat simplex aetheris esse color.

At uos me frustra petitis lenire sodales:

Parcite nunc, forsitan post modò tempus erit.

Non facile est iram dictis mollire recentem,

Non bene curantes fert noua plaga manus.

Sed puto maius habent uulnus mea pectora, quam

Vel diuturna queat consolidare dies. (quòd

Quòd si cui nostra hæc pietas culpanda uidetur

Ceu muliebri animi debilioris opus,

Is certè ignorat nature iura potemis,

Ignorat ueterum tot pia facta uirum.

Martius ingrata[m] properabat uincere Romam,

Victa ad maternas languit ira preces.

Fugerat Hesperium Sertorius exulim orbem,

Plurima sed profugo cura parentis erat:

Sancta humeris Siculi portarunt pondera fratres,

Aethneus flammæ dum uomit ore gigas.

Nec plus Tyndaridas Sparie, quam prædicat Ar-

Trita parentali fortia colla iugo. (gos,

Sæcula nec solos coluerunt prisca parentes,

Quæ etiam nutrix tunc ueneranda fuit.

Caietam

Caietam è medijs Phrygius tulit hostibus heros,

illa dedit Latijs nomina littoribus

Acca in Romuleis meruit solennia fastis,

Ambigua mulier nomine tecta lupa.

Iuppiter altriei donauit sidera capra,

Splendet adhuc liquido nobilis illa polo.

Nec minus hac Hyades gratum testantur Iacchum,

Quas uernus nitido taurus in ore gerit.

Nec uerò illorum quisquàm neget esse gemendos

Interitus, uita quæ mora longa fuit.

Syneerus nullos affectus computat annos:

Quicquid ames, nunquam consensuisse putes.

Te ne ego post duodena licet quinquennia raptâ,

Non fletu & lachrymis prosequar alma[m] parens?

Tu me conceptum genitali in sede tulisti,

Exigeret menses dum uaga luna decem.

Forsitan & duri rupissent uiscera partus,

Ni tibi nitenti Iuno tulisset opem.

Exim progenitum gestasti mollibus ulnis,

Ac tua sunt labris ubera pressa meis.

Tu me complecti, tu me uelut unicus essem

Comere, tu blando sueta fouere sinu.

Longè liuor erat, geminos me præter habebat,

Sed tamen ambobus charior unus eram.

Omen inest genitis, & habent præfagia matres.

An magis in sera stirpe moratur amor?

Hinc ubi iam certo fixi uestigia gressu,

M 4

Desijt

Desijt & blasos frangere lingua sonos.
 Protinus ingenuas docilem trasmittis ad artes,
 Ocia nec pateris ducere lenta domi.
 Quicquid lana tibi, quicquid tibi tela lucelli
 Contulerat, merces erudientis erat.
 Imbiberam teneræ uix prima elementa Mineræ,
 Nec mala uenturi iam documenta dabam:
 Cum tuus Ausonias tradit me frater ad oras
 Longinquo & Musas quærere in orbe iubet.
 Illius impensa Venetas celebrauimus urbes,
 Dum sol undecies per sua signa redit.
 Quod desyderium tanto tibi tempore nostri?
 Quanta inter dubios gaudia sæpe metus?
 Ast postquam patriæ me reddidit Itala tellus,
 Obtigit & iuueni Pontificalis honos:
 Non fuit ulla tuæ sedes tam grata senectæ,
 Quàm prope me modicos incoluisse lares.
 Hic modò delicias nobis studiosa parabas,
 Nunc trepida nebas linea texta manu.
 Donec fila tibi torquere nouissima Clotho
 Cœpit, & extremos annumerare dies.
 Conuenit audito tristis uicinia casu,
 Nec capiunt densas atria lata nurus.
 Flebant cognatæ nuper tua cura puellæ,
 Clausura & uisus filia mœsta tuos.
 Ast ego blanditijs animum solabar anilem,
 Tristitiam uultu dissimulame tegens.

Scilicet

Scilicet auget me ne tibi cura dolorem,
 Anxia ne fieres anxietate mea.
 At tu nec tanto genitricem oblita periclo,
 Dulce tibi, aiebas me superante mori.
 Quærebant nostros iam caligantia uultus
 Lumina, nec nomen deerat in ore meum,
 Cum subito in uacuas discedens spiritus auras,
 Destituit tepido frigida membra thoro.
 Mater io cur me rerum inter prospera linquis?
 Hoc tibi uiuendum tempore mater erat.
 Cum me florentem, cum me spectare beatum,
 Cum poteras omni commoditate frui.
 Pupillæ certè nondum nupsere sorores,
 Turba magisterijs instituenda tuis.
 Quarum, quis molles nunc imbuet artibus annos?
 Quis teneræ custos uirginitatis erit?
 Accipe chara parens nostri monumenta doloris,
 Non ampla artificis structa sepulchra manu,
 Nec Mausolei pendemis in acre molem,
 Nec ruiturarum culmina Pyramidum:
 Psallentum sed ritè choros, sed thuris odores,
 Sed cum flebilibus uerba tremenda modis.
 En feretrum celebri præcedunt agmina pompa,
 Pulsata & sacris turribus æra sonant:
 Diues ad innumeras offertur cereus aras.
 Ac requiem templum concinit omne tibi.
 Ipse ego solenni pullatus ueste sacerdos,

M s Ad

Ad tumulum pro te mystica dona fero.
 Quamuis haud dubitem foelici sede receptam,
 Orbe manent alio premia si qua pios.
 X Vixisti innocuè, coluisti labe remota
 X Officijs homines, religione Deum.
 Incolumi sanè fueris quàm fida marito,
 Declarat uidua non repetitus hymen.
 Mansisti coelebs, dum uertens secula Titan
 Iungeret autumnis lustra quaterna iribus.
 Ergo apud antiquos olim tibi iure Quiriteis
 Rara pudicitiae parta corona foret.
 Nec mors praeteritis dispar tibi contigit actis:
 Fine bono claudi uita probata solet.
 Omnibus expletis sacra quae lege iubentur,
 Libera terreno carcere ad astra uolas.
 Sed iam sancta uale genitrix, & ciuis Olympi
 Cunctantem in terris uoce precante iuuua.
 Mutua nos rursus iunget praesentia, cum mox
 Audiet extremam machina tota tubam.
 Interea facili corpus requiescat in urna,
 Nec grauis incumbens urgeat ossa lapis.
 INVEHITVR IN LVNAM,
 quòd interlunio matrem a-
 miserit.

ELEG. IIII.

Vos diuini ignes, mundi quibus ima reguntur,
 Aurca queis magni pingitur aula Iouis,

Tame

Tam quos legitimus proprijs agit orbibus error,
 Quàm quorum caelo lumina fixa micant.
 Vos inquam, aeternis animati memibus ignes,
 Ad quorum motus stamina fata trahunt,
 Erraui, fateor, confesse ignoscite culpa,
 Contingat uobis sic aliquando quies.
 Vni debueram, cunctis conuicia feci:
 Omnes damnaui, cum foret una nocens.
 Priuatum quod crimen erat, commune putabam:
 Non bene mens uerum caeca dolore uidet.
 At nunc deprensus numeris innotuit auctor,
 Causa fuit cladis Cymbria sola meae.
 Quò pudibunda fugis? quid te post nubila celas?
 Plus prodit timidus uana latebra reos.
 Tu certè obscurae tu fax Latonia noctis,
 Sumpsisti radios in mea damna nouos.
 Nam tua germani dum proximat orbita flammis,
 Paulatim morbo tabuit illa graui.
 Ac pariter te lux, illam sua uita reliquit:
 Heu quod deterior sors sua, sorte tua est.
 Tu quippe ecce nites reparato splendida cornu,
 Illius aeterna lumina nocte rigent.
 Ergo salutiferum quisquis te dixerit astrum,
 Hunc ego conuincam uana & inepta loqui.
 Summa tuae cum sint uirtutis, frigus & humor,
 Esse salutaris qua ratione potes.
 Frigus & humor agunt ut uexent corpora morbi,

Vi

Ut nata intereant frigus & humor agunt.
 Nec dubiè toto quòd sis uilissima cœlo,
 Possessi series arguit ipsa loci.
 Esses ni uilis, non ætheris ima teneres:
 Conueniens meritis hic fuit ordo tuis.
 Quòd fluitis nempe est elementis infima tellus,
 Hoc te sidereis nouimus esse plagis.
 Vnde etiam reliqui modulantur acutius orbes,
 Implacidum nimia tu grauitate sonas.
 Quisquis & in terras alijs descendit ab astris
 Pestifer influxus, per tua regna fluit.
 Est & in hoc aliquid, quod munere sola refulges
 Alterius: proprium cætera lumen habent.
 Inde fit, ut nullo tua lux feruore caleseat,
 Ceu cum de speculo flamma remissa redit.
 Adijce, quòd simili splendent alia omnia uultu:
 Nec tenor est unquam, forma nec una tibi.
 Nam modò sera uenis, totis modò noctibus ardes,
 Nonnunquam medio curris opaca die:
 Nunc admota polo, nunc montibus addita serpis,
 Ardua nunc Boreæ, nunc petis ima Noti.
 Sæpe hodie maior, cras sæpe futura uideris:
 Sæpe repente peris, sæpe rotunda nites.
 Interdum candes, interdum lurida palles,
 Et cum purpureo rubra colore uenis.
 Quòd tamen in medio sordet tibi liuidus orbis,
 Constat polluti pectoris esse notam.

Nec

Nec sanè indignor quòd deficis ipsa frequenter,
 Ista tibi semper sors patienda fuit.
 Sed cum fraternos intercipis obuia currus,
 Quis non ingratham, quis putet esse piam?
 Omnia tu uarias: & cum uertaris in horas,
 Exemplo pateris nil stabile esse tuo:
 Ad tua mutatur momenta agitabilis aer,
 Siue furit uentis, siue madet pluuijs.
 Ad tua mutatur momenta reciproca Tethys,
 Siue tumet, refugas siue resorbet aquas.
 Quòd discrimen habent in agendis tempora rebus,
 Hoc etiam pendet de leuitate tua.
 Nec nisi te quinta, nasci potuere Gigantes:
 Natalem hunc Furie, tristis & Orcus habent,
 Omnia tu uitias: per te resoluta putrescunt,
 Viscera sub diuo si qua perempta iacent.
 Tu sata per campos sterili rubigine aduris,
 Materies uitio fit cariota tuo.
 Decubuit lassus si te lucente uiator,
 Surgemi torpor roscida membra ligat.
 Te paritura uocat uentrem matrona leuando,
 Sæpe tamen foetu commoriente perit.
 Sæpe moues subitò conserto Marte tumultus:
 Foemina sis quamuis, prælia sæpe moues.
 Crimine sæpe tuo corruptus inhorruit aer,
 Corripuit populos publica sæpe lues.
 Hinc & lethiferas equidem tibi iure sagittas,

Cre-

Crediderim priscos attribuisse patres.
 His quondam innocuæ Niobes cecidere puellæ,
 Dilecta & summo Laodamia Ioui.
 Sed longè est ipso grauior dementia letho,
 Cum torquet miseros te stimulante furor.
Nam nec philtera magis, nec pocula mixta ueneno,
Quàm tua uis mentes exagitare solet.
 Quid facit insano peius Bellona flagello?
 Aut serpentinis torua Megæra comis?
 Verùm cum semper noceas, plus omnia lædis,
 Quando lates: nam tūc, quod iuuat, alter habet.
 Tunc magis Euripi seruent resluentibus undis,
 Tunc tempestates turbida flabra cient,
 Nec caput est cerebro, nec plena sanguine uenæ:
 Fluctibus & medijs ostrea lenta natant.
 Ipsa arent teneris exhausta arbusta medullis,
 Nec formica suum segnior urget opus.
 Pessima sed nostro generi interlunia semper
 Sunt tua, tunc Lachesis ferrea fila metit.
 Aut saltem occuleris nunquam, quin durius æger
 Langueat, & medicus fidat in arte minus.
 Quid quòd diuersos perhibent te sumere uultus,
 Fallor? an idcirco trima figura tua est?
 Nunc Styga Persephone celebras, & scedere certo
 Tempora maternis æqua maritus habet.
 Nec, Vatum ut fingunt mendacia, raptam fuisti:
Sponte rapi uoluit, si qua redire negat.

Nunc

Nunc specie Phœbes tacitum metiris Olympum,
 Nec tamen hac etiam sede pudica manes.
 Nam quis te castam, quis dicat amore carentem,
 Cum tibi lentus adhuc dormiat Endymion?
 Cum rorem magno gignas ex aëre, cum te
 Iunxerit Arcadio candida lana deo?
 Nunc saltus iunctis peragis pharetrata Napeis,
 Nec finis illasas moribus ire feras.
 Perde malas tigres, & seuos perde leones,
 Dum tantum syluis tutus inerret homo.
 Esto tamen figi meruit uiolentus Orion,
 Inuitam stupro dum maculare parat.
 Quid miser Actæon sceleris commisit, ut illum
 Obijceret canibus forma ferina suis?
 Vnum transieram, sed & illo plura supersunt,
 Nequitia residet pars ubi magna tua.
 Tu magicos cantus, & noxia gramina monstras,
 Tu sacra natura uertere iura doces.
 Culpa tua est, quicquid fecit Titania Circe:
 Quicquid & Acetæ filia, culpa tua est.
 Sed beneq, uòd proprias torqueris saepe per arces,
 Tum cum carminibus facta cruenta rubes.
 Nosssem utinam quæ te deducunt murmura coelo,
 Quas uobis poenas mox scelerata dares? *nobis*
 Iam tuus in terras rueret globus axe reuulso,
 Frangeret & uersos biga supina boues.
 Nec tibi prodesset, quamuis tuba multa sonaret
 Vulgus,

Vulgus & attonita rumperet æra manu.
 Quo feror? aut quid ago? ueniam dea magna prece-
 Offendit numen si mea lingua tuum. (mur,
 Parce, ita non unquam tenebrescas obice terræ,
 Non ego, sed sæuus protulit ista dolor.
 Ille domat forteis, ille impia sæpe coegit
 Improbus in sanctos dicere uerba deos.
 Illo, quid deceat, mens obruta cernere nescit:
 Illo fit natis sæpe nouerca parens.

EPI T A P H I V M C L A R I S S I M Æ
 matrone, Domine Andreolæ, Nicolai Quinti
 Pontificis Rom. & Philippi Cardinalis
 Bononien. matris.

C Vius Puniceum proles gerit una galerum,
 Altera Romanæ præsidet ecclesiæ,
 Andreola hoc sacro recubat conclusa sepulchro:
 Membra solum repetunt, spiritus astra tenet.
 Postera uenturæ uix credent secula famæ,
 Tam breuis ut teneat uiscera tanta locus.

Æquos DE EIVS MORTE.

Elegia V.

V Os, quibus est humilem concessum degere uitam,
 Et fragileis inter consenuisse casas:
 Disce naturam non incusare potentem,
 Cum uobis uitæ debita finis adest.

Respicit

Respicit ad nullos Lachesis communis honores,
 Nec curam ullius nobilitatis habet.
 Parcere nec senibus, nec parcere nouit ephēbis,
 Non à formoso continet ore manus.
 Nulla fugat uirtus indeuitabile lethum:
 Non coaceruatas mors reueretur opes.
 Nec scit conspicuos gemmata ueste tyrannos,
 Nec regum matres, nec trepidare ducum.
 Respicite Andreolam, paruo quæ clausa sepulchro,
 Aequalis Parcas omnibus esse docet.
 Hæc matrona fuit uirtutibus inclyta summis,
 Hæc fuit æterna clara pudicitia.
 Hæc grauis, hæc prudens, hæc integritatis amatrix,
 Hæc sanctæ cultrix relligionis erat.
 Sed licet implevit magnis uirtutibus orbem,
 Plus tamen est natis nobilitata suis.
 Nam peperit dextro Nicolaum sidere Quintum,
 Quo Roma & totus Præsule mundus ouat.
 Et te purpurco redimite Philippe galero,
 Præside quo gaudet Bononiense solum.
 Spargite foelicem tumulum uiridantibus herbis,
 Spargite sanguineis ossa beata rosis:
 Quicquid odorifero sudant xylobalsama trunco,
 Puniceum rubeis quæ tepet æquor aquis,
 Quicquid plorâtes lachrymât de cortice Myrrhæ,
 Colligit Eous quicquid odoris Arabs,
 Hos ungat cineres, hanc defundantur in urnam,

N

Men-

Menstruus huic busto concelebretur honos.
 Ut colimus sanctas pompis solennibus umbras,
 Huic præstet similes quilibet exequias.
 At uos qui sub humo tumulatos roditis artus,
 Et facitis partem pulueris exiguam,
 Parcite: nec uobis sacras uiolare medullas,
 Dentibus infestis suadeat ulla fames.
 Molliter inclusum mitis premat urna cadauer,
 Suspensus metuat membra grauare lapis.
 Nemo sacros manes pedibus calcare prophanis
 Audeat: admissio crimine, facta luet.
 Quin aliquis, licet officium properare iubebit,
 Compescat celerem prætereundo gradum:
 Et genibus flexis gelido ferat oscula saxo,
 Nec pigeat taleis ore dedisse sonos:
 Salue magna parens, sublimem enixa columnam,
 Quæ graue totius sustinet orbis onus.
 Salue luna micans, solem connixa coruscum,
 Cuius diuino lumine cuncta nitent.
 Salue clara parens, cuius ueneranda propago,
 Iura super terras omnipotentis habet.
 Te super haud multum potuit mors iuris habere,
 Non est cum membris fama sepulta tuis:
 Sed uiget, & mundum celebris perlabitur omnem,
 Nec nisi cum mundo deperitura simul.
 Est consanguinea fragilis caro reddita terra,
 Spiritus unde prius uenerat astra colit.

sed

Sed cur thuricremis te non ueniamur in aris?
 Cur te relligio non sinit esse deam?
 Numina placauit peregrinae Roma Cybeles:
 Manibus hæc laus est inficianda tuis?
 Cum uel progenie totum quæ temperat orbem,
 Plura uel officio promereare tuo?
 Gentileis diuos mendax Rhea protulit, & quem
 Uttilius fuerat non peperisse, Iouem.
 Editus alma tuo summus de uentre sacerdos,
 Laudibus Oceanum tangit & astra suis.
 Iura uelint & sancta fides, donabere templis,
 Cœlestem augebis diua nouella chorum.

MATHIAS HUNGARORVM
 Rex, Antonium Constantium Poetam
 Italum alloquitur.

Elegia VI.

Non leuis Aonidum Constanti cura sororum,
 Qui nos, qui nostrum tollis ad astra patrem:
 Diffusum Ausonias rumore scribis in urbes,
 Me pia pro sancta bella mouere fide,
 Pannonicam mecum pariter descendere pubem,
 Ac procerum coetus Regia signa sequi.
 Vera quidem nostros uulgarat fama paratus,
 Nec quicquam uani finxerat illa ioci:
 Hoc siquidem toto castris indulsimus anno,
 Gessimus & Musis non reticenda tuis.

N

2

Nare

Nam patrium iuxta uires dum cogimus Histrum,
 Venturum Martis dum meditatur opus:
 Ecce proteruus Halis, fiducia summa suorum,
 Sirmia traiecto peruolat arua Sauo.
 Nimirum egregia sperans se laude potiri,
 Vreret ante oculos si mea regna meos.
 Iam prædam referebat ouans, iam uictor abibat,
 Per modò transmissas mox fugiturus aquas:
 Cum subito nostras præsensit adesse phalanges,
 Quamuis nox medium densa teneret iter.
 Ilicet instructas agit in certamina turmas,
 Hinc litui, ast illinc tympana rauca sonant.
 Infesta aduersis concurrunt agmina telis:
 Fit fragor, & multo terra cruore madet.
 Ter mutata uices uictoria uertit, & hostis
 Ter pugnam fertur, ter repetisse fugam.
 Sed postquam æratas acies lux clara retexit,
 Turbatum uisu rettulit ille pedem.
 Magna cadit campo pars, maxima mergitur amni,
 Pars fert captiua tristia uincla manu.
 Ipse per aduersas euadit saucius undas,
 Mittitur ad proprios præda recepta lares:
 Non tamen accepta uesanus clade quiescit,
 Sed stimulat uictor bella nouare pudor.
 Danubium rursus, collecto milite, transit:
 Rursus & ingenti cæde repulsus abit.
 Hic ego turpe ratus tantummodo nostra tueri,

Nec

Nec rerum oblata commoditate frui:
 Continuò hostiles transcendo letus in agros,
 It comes à tergo luctus, & antiè pauor.
 Mysorum spoliantur opes, trux omnia latè
 Graduus ferro, Mulciber igne rapit.
 Nusquã toruus Halis nusquã ampla potètia Turca,
 Nusquam arcu & conto uincere doctus eques.
 Postquam nulla datur quæsita copia pugnae,
 Vertimus ad patrias frenare retorta domos.
 Sed quoniam pratis etiam tunc herba uirebat,
 Nec fera militiam præpediebat hyems:
 Fortunam ulterius placuit tentare secundam,
 Nec tam præsentem tam citò deesse Deo.
 Pars fuit Illyrici, quam nunc uocat incola Bosnam,
 Dura, sed argenti munere diues humus.
 Non illic uirides spaciosò margine campi,
 Nec sata qui multo foenore reddat ager.
 Sed rigidi montes, sed saxa minantia coelo,
 Castella & summis imposita alta iugis.
 Hanc tunc inuictò tutam munimine terram,
 Quam uix excindi fulmine posse putes,
 Cæperat ille ferox hac ipsa æstate Tyrannus,
 Principis & miseri dempserat ense caput.
 Huc feror, & regni confestim sede potitus,
 Cætera partitis uiribus aggredior.
 Arx erat impendens captæ modò mœnibus urbis,
 Præsidio & positu non adeunda loci:

N 3

Admo-